




VIII
FONTII
BARPTOLO
ORATIONES
EC
155
INCUNABULI
M
7
31
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
S. L.
ET A.










Mutilo

1) Fontius -
BMC VI, 662

2) Ficinus - H 7078
R 110 - 111
[Firenze, Francesco Bonac-
corsi, c. 1490]



Bartho fonti

ORATIONES



–; Franc' Varicensy ;–

Bartholomęus fontius Laurentio medici .S.

S I ea potuiſſem pro deſiderio animi Optime Laurenti: quę tua de me merita exigebant: dicare tibi: totius medicęę gentis & rerum a te geſtaꝝ hiſtoriam perſcripſiſſem. Sed hactenus tantis ego mihi rebus uidebar impar: & anguſtiis temporis a longiore opere deterrebar. Verum nunc maiore copia artiſioque inſtructus: ubi primũ licuerit: quę tuorum ac tuis conſiliis feliciter ſunt geſta: mandabo litteris. Interea cum uacabit has leges oratiunculas. quas ſępius flagitatas nolui in alienas uenire prius: quam in tuas iſtas manus liberaliſſimas. ut quemadmodum tua unius opera eas habui: ita et ipſę tua auctoritate & auſpicio tutę progrediantur. Quibus equidem adiunxi ghiaccetum Paulum familię tuę amãtiſſimum uiꝝ: ut in eo legendo: nepotem Paulum auitis nitentem ueſtigiis recognoſcas.



Oratio Bartholomęi fontii in laudem oratorię facultatis

iN hac mihi non usitata loco tam celebri faculcate dicendi: quantuz deterret futurum de me singulorum iudicium: tantuz & benignitas uestra recreat; & illud quoque non mediocriter adiuuat: quod sum de communibus studiis locuturus. Ad quę: summopere celebranda quemadmodum nostris maioribus: neque consilium: neque animus defuit: ita mihi ad eadem referenda propter eorum amplitudinem nulla deesse debet oratio. Illi uero sapientissimi homines ad politiorem humanitatem adaugendam eruditissimos uiros conquisiere: quibus instructa florentina iuuētus & benedicendo & sapienter agendo seq3 remque suam. p. decoraret. Quam sane consuetudinem honestissimam & cunctis bene īstitutis ciuitatibus utilissimam Officiales litterarii summa prudentia imitati: sicut anno ꝓxime superiore Christophoro lādino doctissimo & eloquentissimo uiro, Angelum Politianum ingenio & memoria pręstantissimum adiunxerunt: ita quoq3 nunc me nō omiserunt: ne uni tantuz aut alteri pateret aditus ad hūc

Officiales litterarius

locum amplissimum: sed omnibus: qui in hoc litterarum curriculo uersātur: stimuli quidam infigerentur ad eandem laudem studiorum cō-munium assequendam. Quorum ardore cum multos flagrare uideam: & humanitatis studia profitentium ueterem esse consuetudinem intelligam: poetas & oratores interpretandos assumere: quod eorum lectio & ad elegantem locutionem & ad multarum rerum cognitionē perducat: plerisque ut rogantibus obsequar: & Valerium flaccum & Ciceronem aggredior. Nam cum in Valerio propter antiquarum magnarumque rerum descriptionem summa utilitas & propter poeticam excellentiam admiranda insit iocunditas: operępretium existimaui eum iamprope e memoria hominum & sermone subductum indignitatem quoadpossem pristinam reuocare. In Tullii uero orationibus cum dicendi uis incredibilis & diuini splendor ingenii elucescat: commodissimum fore duxi: has ut extremum oratorium opus pro mea parte suscipere: cum quod uberrimus fructus ex earum immensa copia & ornamētis colligitur: tum quod ut Ciceronis opera reliquorum auctorum scripta exuperant: ita disertę orationes cętera sua excellūt uolumina.

Sed antequam eas explicare aggredior in tā
ta litteratissimorum frequentia: quando ꝓ ue
stra benignitate me tam libēter attenditis: nō
ab re uidebitur: si tantum oratorem explana-
turus paulo liberius loquar de oratoria facul-
tate. Quo tempore homines sine ullis legibus
sine certis connubiis ac liberis ferino ritu ī a-
gris passim uiuebant: singularis uir quidaꝫ co-
gnouit: quantam animi nostri commoditateꝫ
haberent: siquis notis & uerbis quid esset agē-
dum significaret. Itaque & uocem humanaꝫ
in sonos quosdam articulatim distinxit: & re
bus admoduꝫ paucis uerba imposuit: & feros
antea homines & agrestes ad mitiorem cultū
traduxit. Post hunc alius atque itideꝫ alius nō
modo oculis uisa: sed etiam affectibus concu-
pita uocabulis certis explicuit: litterasque īue-
nit: quibus uerborū memoria seruaretur. Pro-
cedente deinde tempore: qui magis & animi
ratione pollebat: & suaui locutione: fidem in-
ter se homines colere: iustitiam seruare: matri-
monia inire: seque in una męnia cogere uiri-
bus eloquentię compulit. Sed ea per multa sę-
cula in urbium moderatoribus sine ullo artifi-
cio rudis mansit. Primus omnium syracusius
corax ad certam pręceptionem redegit. Quē

tisias imitatus non mediocrem & ipse opem
facultati dicendi attulit. Leōtinus deinde gor-
gias a siculis athenas & per omnem gręciā
transtulit: uir tanta rerum cognitione: tantaq3
facundia pręditus: ut se ad omnia: quę quisq3
audire cuperet paratū fore denuntiaret. Ad
romanos autem: ut plereq3 alię bonę artes: i-
ta quoque eloquentia sero uenit. Primi enim
quirites illi uiri fortissimi facere quam dicere
malebant: & arationibus magis quam oratio
bus incumbebant. Sed postquam Roma car-
thaginensium ac macedonū opes fregit: mul-
tarumque nationum imperium stabiliuit: per
summum ocium eloquentię studuit. Rhetori-
bus igitur gręcis oratoribusque auditis incre-
dibile est: quam breui floruerit eloquētia. Sed
ea postea & ciuitatibus gręcis libertate subla-
ta: & romana re. p. in seruitutem redacta: pau-
latim obmutuit. Vastatione deinde italię con-
secuta & crebris barbarorum incursionibus:
frequentique romanę urbis euersione: tantā
calamitatem perpessa est: atque adeo hostili-
ter agitata: ut per multa sęcula in squalore ac
tenebris latitarit. Sed prodiit tandem in lucē
Francisci petrarchę nobilissimi uatis opera: tā-
to tamen situ ad huc confecta: ut ueteris for-

mę nõ multa lineamenta reciperet. Erexit deinde se Eugenii quarti & Nicolai quinti & Alphonsi regis & Cosmi medicis munificentia: qui eam magno ardore complexi sunt eloq̃ntibus uiris ornandis atque colendis. Equidẽ quantum ingenio: quantum studio & diligentia potero: florescenti eloquentię intentus ero: uosque ultro currentes adhortor: ut omnem illi animum intendatis. Cętera breui peritura sunt omnia: opes: honores: forma: ualitudo: potentia. Sola oratoria studia sunt uitę nostrę munimenta firmissima: quę neque aduersariorum uiribus cedunt: neque breui interuallo temporum corruunt. Sunt enim siue domi: siue foris semper nobiscum: nec igni: nec ferro nec ulla a nobis uiolentia extorquentur. Vnde uero maiora proueniunt priuatis: aut publicis rebus: quam ex loquentia commoda? Vnde ampliora pręmia ad omnẽ uitę usum & dignitatem? Quid porro excelsius est: aut diuinius: quam eloquendo tenere hominum mentes: sedare ĩcensas: inflamare extinctas: & unde uelis deducere: ac rursus quo uelis: ĩpellere? Quid uero tam necessariũ quã muniri his armis: quibus ipse te tuosque tegere: improbos lędere: bonos tueri: patriã ornare:

& omne genus humanuꝫ iuuare possis: Quid tandem suauius: quam a multis quotidie recoli non pecunię magnitudine: non superboruꝫ fascium potestate: sed suo ipsius proprio ingenii & facundię bono: Ulla ne tanta in inuidiosis diuitiis & periculosa potentia: quanta in homine dicendi copiam consecuto: esse unq̄ uoluptas potest: Denique cum rebus plurimis superemur: hac una lōge brutis pręstamus: ꝙ & animi rationem habemus: & eam aperte ostendimus cum colloquimur inter nos: & dicendo sensa nostra exprimimus. Quare nihil humanius: nihil rectius: nihil laudabilius facere possumus: quā ut ea in re cęteros homines excellamus: in qua maxime beluas supamus. Neqꝫ u̾o a cōmunibus studiis uos deterreat: ꝙ semibarbari quidā ea detestātur & dānāt: tanq̄ christianę religioni cōtraria. Nā hi nostrā humanitatē ꝑfidię nō coarguūt: sed ignorātiā suā detegūt. Vetus. n. est mos īpitoꝝ ꝓ nihilo ducere ac uitupare q̄ nesciūt. Quę tn̄ si ꝑcipe se posse cōsiderēt: ultro āplecterētur & colerēt. Sed qm̄ taꝫ uberē multaꝝ magnaꝝqꝫ reꝝ cognitionē: tamqꝫ elegantē & ꝑ politā locutionē non possunt capere hebetia & obtusa ingenia: non abstinent maledicere eloquē-

tię. Qui si tamen discernerẽt q̃tũ latinus barbaro: disertus ĩculto ac rudi pręstet: erubescerent sane: ac tanq̃ diuinũ numen hanc excultam humanitatem incolerent. Paulus certe apostolus ad archana dei conspicienda tertiuȝ in cęlum subductus communes artis edidicit & scripsit & dixit elegãtissime. Magnus quoque Basilius & Iohannes chrisostomus & plerìqȝ alii gręci uiri: qui uitę integritate & christianę fidei sanctitate excelluerũt: dicẽdi quoque ac scribendi elegantia pręstiterunt. Firmianus Lactantius magno poeticesq; eloquentięqȝ fulgore suum opus immortale contexuit. Hieronymus omnium liberalium artium sciẽtiam consecutus ẽ poetarum rhetorumque sacrariis omnem suum ornatum sustulit. Augustinus diuina uolumina nostris fulgoribus insigniuit. Q̃d si quis eloquentiaȝ ꝓpterea minus iudicat expetendam; quod hoc tempore in iudiciis nulla uox oratoris adhibeatur: & si mos ille temporuȝ uitiis obsoleuit: non propterea tamen ab oratorię facultatis cognitione cessãdum est: Cum presertim nullam aliam artem atque scientiaȝ aut dicendo aut scribendo extollere sine huius pręsidio ualeamus. Cum .n. oratoris proprium sit ornate: copiose: distinc-

ue dicere: quancunque rem uolumus illustrare oratione: totius locutionis instituendę & cuiusq; rei amplificandę scientiam ab oratore mutuamur. Non enim si Cornelius celsus diserte scripsit de medicina: idcirco medendi artis: non dicendi eloquentia putanda est. Nec si Victruuius de architectura dilucide: id ab ędificandi assumpsit: fabricandiq; ratione: nō a dicendi pręceptione. Nec si nuper Platina distincte ac uarie de obsoniis: elegantiam suā transtulit non de rhetorum officina: sed de uncta popinonum coquina. Qua propter nō: si paruo est usui in forensibus causis eloquentia: ob id a nobis negligenda est: sed eo quidē studiosius consectanda: ut graui foro litibusq; omissis: aut in ocio litterato uiuentes: aut aliquod publicum munus gerentes: quocunque loco ac tempore de omni re copiose: ornate: dilucide pertractemus. At quoniam totius humani generis eloquentia moderatrix non solum natura sed usu quoque & arte & imitatione ac maximarum rerum cognitione percipitur: quicunque summam hanc assequi facultatē desiderat: multa audiat: multa legat: multum etiam se dicendo ac scribendo exerceat. Memoria uero est continue agitanda:

atque illi ad uerbum cum nostra scripta tum
aliena sunt quam plurima commendanda.
Differendum est pręterea dequacunque re in
contrarias partes: atque exercitii causa scrip-
ta omnia alias alio modo intepretanda: cor-
rigenda: laudanda: & quęcunque probabilia
uidebuntur: sunt in medium proferenda. Io-
cis quoque lepore facetiis tanquam sale ora-
tio est condienda. Verba autem omnia cuicũ-
qꝫ rei maxime propria atque illustria per cõ-
parationem sunt eligenda: & ad aurium bene
purgatarum iudicium structura eorum diligẽ-
tissime conformanda non concentu poetico:
sed oratorio quodam latente numero.
Vocis quoque ac spiritus & totius corporis
motus ratio diligens habenda est: ob idque in
senatu sententias dicentes: in rostris concio-
nantes: legati principum & ciuitatum man-
data exponentes sunt attendendi. In primis
autem diuinus noster Cicero colendus est.
Solus enim ex omnibus: quicunque ad hanc
diem et dicendo et scribendo floruerunt: tan-
tum ingenio: studio: arte: usu: doctrina: iudici-
o ualuit: ut ad summam cunctarum rerum sci-
entiam aduinxerit eloquentiam singularem.

Cęteruꝫ ne longiore oratione tam amplissimi consessus abutar patientissimis auribus: multis consulto pręteritis: ut statuam finem dicēdi: uos omnis precor: mihi ueniaꝫ detis: siqua in parte non satis á me tantarum rerum magnitudini factum est. Nam cum ad uim oratoriam explicandam: summam dicendi copiaꝫ adhibere conueniat: non adeo mei oblitus: aut arrogans sum: ut id mihi persuadeam pręstitisse. Vos auteꝫ adolescentes charissimi iis itineribus cognitis: quę ad summum politioris humanitatis fastigium possint perducere: ad illud mecum studiose contendite. Equideꝫ neque industria: neque studio: neque diligentia deero cōmoditatibus uestris: ac pro uobis cuꝫ plus etiam contendero: quaꝫ potuero: meo tñ erga uos animi ardori non satisfecero. Vobis uero legati clarissimi: ciuesque ornatissimi & doctissimi uiri qui honorandi mei causa conuenistis: pro tanta humanitate erga me uestrª immortales gratias ago & habebo dum uixero: uosque omnis magnopere obsecro: ut qua me hodie benignitate complexi estis eadem quoque in posterum protegatis.

Bartholomęi fontii Oratio in historię laudationem

m Agnos inter fructus Prȩstantissimi ui-
ri: hominesq; doctissimi: quos affert hu
mano generi facultas & eruditio litterarum:
illuz uel maximum censeo: quod earum ope
gestarum rerum memoria conseruatur. Qua
fit ut qui a maiorum nostrorum ȩtate longe
distemus: eorum facta legētes & temporibus
illis uixisse & rebus eisdem interfuisse uidea-
mur. Quȩ sane cognitio ex aliorum cum pro
speris tum aduersis rebus percepta cum doc
trinam habeat omnium periculorum exper-
tem: plurimum debemus iis: qui ut nos: poste
rosque nostros prȩteritaruz rerum participes
facerent: historiam condiderunt. Sua enim ī
dustria & labore maximā utilitatem uitȩ mor
talium afferentes quid sequi: quid uitari opor
teat: docuere. Nanque maioruz recte aut ppe
ram facta cum legimus: eorumq; consilia: ua
rietates: euentus perpendimus: quid maxime
nobis expediat: admonemur. Cum uero mul-
tarum rerum experientia prudentiam gigni
sapientes existiment: frequenter historiā lecti
tantes maiores natu consilio & prudētia fa
cile superant. Quanto enim plura exempla
rerum longi diuturnitas temporis: quam uni
us hominis ȩtas complectitur: tanto est prudē

tior censendus is: qui non suę tantum gentis ętatisque: sed omnium nationum & temporũ memoriam accurata lectione consequitur. Itaque ad bene degendã uitam uberrimos fructus capiunt: cum iuniores: quos rerum gestarum lectio senioribus ęquat prudentia: tum ętate maturi: quos pręter experientiam rerum exempla quoque pręteritorum erudiunt. His equidem rebus permotus sępe ac multum cõsiderans quam utilis & necessaria sit historia: quantaque laude gestarum rerum scriptores dignissimi habeantur. M. lucanum anneum & C. cęsarem ciuile pompeianum scribentes bellum interpretandos aggredior. Quorum uterque cum historiam omnium maximam: uariisq; euentibus memorabilem complectatur: non ab re uobis uidebitur: si quemadmodum anno superiore ab oratoria facultate celebrãda exorsi sumus: ita nunc ab historię auctoribus referendis: eiusque egregiis fructib9 recensendis: huius annuę lectionis initium auspicemur. Insignium uirorum: qui res gestas mandarent litteris: non nulla sęcula abundarunt: alia summopere eguerunt. Florentibus quippe grecorum romanorumque rebus cũ cęterarum artium optimarũ: tum historię ma

xime ſcriptores plurimi uiguere. Naȝ cum ſū
mis opibus:ſummiſque imperiis nonnullę ci-
uitates ac reges pollerent:doctrina & eloquē
tia claros uiros magnis pręmiis cumulabant:
ut rerum a ſe geſtarum memoriaȝ celebrarēt.
Sed initio inculta & rudis apud gręcos fuit hi
ſtoria.Nā ut poterant priſco illo ęuo ſine ullis
orationis inſignibus monumēta ſolummodo
temporum: hominum: locorum: geſtarumq;
rerum relinquebant.Itaque Pherecides:Hel
lanicus:Aceſilas:multique alii ſine ullo orna
tu hiſtorias conſcripſere.qui dummodo per-
ciperetur quod ſcriberent:ſolam dicendi lau
deȝ in ſimplicitate ac breuitate repoſuerunt.
Erexit deinde ſe:maioreq; artificio grandio-
rem ſonum orationis cepit hiſtoria Herodo-
tum halicarnaſeū in eo ſcribendi genere grę
corum principeȝ conſecuta:qui trecentiſimo
ac ꝺcimo romanę urbis conditę anno floruit.
Paucos poſt annos Thucidides peloponeſia
cum belluȝ apta & preſſa oratione mandauit
litteris.Quem ſecutus Philiſtius ſyracuſanuſ
ocium ſuum conſumpſit in deſcribenda hiſto
ria.Deinde Theopompus & Ephorus & Xe
nophon ſocraticus & Calliſthenes magni A
lexandri comes ad res geſtas litteris commē

dandas suum studium contulerunt. Minimus natu horum Timeus siculus: sed longe eruditissimus: se se totum historię tradidit. Anaxilaus quoque & Apollodorus & Clitarchus & Timagenes describendis rebus gestis inclaruerũt. Polybius quadraginta uolumina: quorum quinque tantũ supersunt: accuratissime disertissimeque descripsit. Postquem Diodorus siculus Cęsaris dictatoris ętate celeber: uarietate rerum & copia ingentem attulit utilitatẽ legentibus. Hunc Dionysius halicarnaseus consecutus sub Augusto & Tiberio romanorum gesta composuit. Appianus alexãdrinus iisdẽ fere temporibꝰ libyca: syria: parthica: mitridathica: illiria: celtica & ciuilia romanorum conscripsit bella. Flauius & ipse Iosephus posthunc iudaicum omne genus complexus & bellum Vespasiano & Tito & Domitiano regnantibus non indignus lectione ẽ habitus. Plutarchus cheroneus a philosophia grauem multiplicemque complexus historiã: in uitis clarissimorũ hominum describendis maximam laudem Hadriano imperante consequitur. Nouissimi gręcorũ scripsere Herodianus a Marco ãtonino ad maximinũ: Arianus magni alexandri: Dion uero romanã hi

ſtoriam. Procopius quoque & Agathius de gothorum bello aliiſque hiſtoriis non inepte ſcripſerunt. Apud noſtros autē quemadmodum apud grecos nihil aliud ab initio fuit hiſtoria: q̄ annalium quędam conſcriptio. Nam a romanę urbis primordiis ad. P. mutiū pōtificem maximum totius anni res geſtaſ mandabat litteris pontifex maximus: proponebatq; domi: ut publica facta publice quoque omnes poſſent cognoſcere. Sed paulatim romanis rebus creſcentibus: hiſtoria quoque excreſcere & ſatis multi ſcriptores rerū emergere inceperunt. Nam. Q. Claudius quadrigarius . L. piſo. Fabius pictor. M. cato. Cęlius. Iulius iginus. Q. tubero. Sempronius aſellio. L. ſiſēna. Maſurius ſabinus. A. cecinna . L. luceius. Cornelius nepos. T. pomponius atticus. Criſpus ſaluſtius &. C. cęſar ſe ſe ad ſcribendam hiſtoriam contulerunt. Quos omnis ut ętate poſterior: ita eloquentia prior eſt. T. liuius ſubſecutus omnium hiſtoricorum & copia rerū abundantiſſimus: & artificio & ſtructura uerborū eruditiſſimus. Pompeius deinde trogus a Nino rege ad octauianum auguſtū res per orbem terrarum geſtas complexus: non paruam hiſtorię opem contulit. Poſt hunc Aufi-

dius baſſus germanicum bellum compoſuit.
Egregie quoque ſcripſit Seruilius nomianus & īgenio clarus & creber ſententiis. Hos ſub ſequitur Cornelius tacitus Liuium & in narrã do imitatus: & in eloquendo magna ex parte eius elegantiã conſecutus. Plinius & ipſe ma ior a fine aufidii baſſi orſus uſque ad ſuam ę tatem ſcripſit hiſtoriam. Poſtquem uetuſtoꝝ nouiſſimi Suetonius trãquillus &. Q. curtius: ille Cęſaruꝫ humiliore: hic Alexandri magni geſta nitidiore ſtilo complexi ſunt. Sed quem admodum inclinatis gręcorum rebus una cũ cęteris diſciplinis hiſtorię quoque nerui torpe ſcere: debilitarique incepere: ita profligata ro mana libertate: atque ad turpiſſimum quenqꝫ per uim & cędes delato imperio: pręſtantiſſi ma hiſtoricorum ingenia ſimul cum aliis opti mis artibus cõciderunt. Ex quo res geſtę ſub ſequentium temporum non ſolum poſtea nõ ſunt traditę litteris: uerum quę antea plurimę con ſcriptę fuerãt: magna ex parte interiere.
Multis enim cladibus oppreſſa romana urbe atque italia: primum ab effera illa gothorum gente duce atlarico: deinde a uandalis duce Genſerico: mox ab iiſdem gothis Totila: ab hunnis uero Atila crudeliſſimis regibus: in tã

ta colluuie barbarorũ humaniores litterę cor ruerunt. Qua ex rerum ac temporum lue toti us italię subuersis quam plurimis urbibus: ua statis agris: trucidatis aut in captiuitatem ad ductis hominibus: omnium sunt liberaliuȝ ar tium studia destituta. Tantaque fuit illis tem poribus ignoratio studiorum humanitatis: ut siquid forte aliqui bonarum artium degusta rent: rationem tamen latinitatis: elegantiaȝq; scribendi: ne minima quidem exparte retine rent. Huiusmodi autem inscitia per multa sę cula ad Franciscum petrarcham uirum doc tissimum: uatemque elegantissimum cõtinua uit. Hic primus profecto fuit: qui latinam lin guam solo patrio eiectam longo tandem qua si postliminio reduxit in patriam: ita ut eam ĩ suo altrici solo non parua cum dignitate uer sari posse perspiciatis. Quanquaȝ historię de trimentum recepta iamprope latinę linguę e legantia non resarcit. Non enim in historia perinde accidit atque ĩ cęteris sapientię disci plinis: in quibus consequentia ex his: quę prę cesserunt ratiocinando colliguntur. Quibus obseruatis cuiusuis artis peritia deletis etiam penitus monumentis ope ingenii nõ secus re paratur quaȝ a priscis hominibus inuẽta fuit.

Hiſtoria nanque non rationibus:ſed rebus ge
ſtis adhibita oratione conficitur. Cuius tuen-
dę atque ſeruandę duo ſunt pręcipua admini
cula:memoria ac litterę. Sed memoria cuꝫ ip
ſa hominum uita breui extinguitur. Litterę ſa
crarium quoddam perenne rerum geſtarum
omnium ſunt:quę per manus traditę in ęter-
num perdurant:niſi barbaro quodaꝫ diluuio:
ut gothica contigit tempeſtate:perierint. Fue
re tamen nonnulli:ut. L. florus. Eutropiuſque
ac Paulus oroſius:qui temporibus illis:quan-
do hiſtorię adhuc integrę habebantur: quędā
ſibi carptim ac breuiter delegerunt:exquibus
umbras quaſdam potius quaꝫ ueras res & ab
ſolutas imagines haurimus. Neque uero cęte
ris:quę ſucceſſere temporibus uſque adeo lit-
terę exularunt:quin in quibuſdam munitiori-
bus locis religioſi aliqui uiri procul a belloruꝫ
incendiis conſtituti cronica ſcripſerint. Sed
ii neque certam ſeriem rerum: neque uerum
ordinem temporum:neque integrum unum
corpus hiſtorię ſeruauerunt:quādo apud hūc
caput:apud illum lacerti:apud alium humeri
ſine ullo delectu locati fuerint. Acceſſit ad
hanc tantam iacturam & deformitatem mo-
numentoꝝ:qbus reꝝ geſtaꝝ cognitio habere

tur: q nõnulli boni quidẽ sed pa℞ eruditi ho
mines: quę passim occurrerant absq3 delectu
aliquo rerum & orationis & temporu3: ueluti
lapsorum ędificiorum ruinas in uastum quen
dam aggerem contulerunt. Horum principis
Vincentii ordinis predicatorum cum cerni-
mus numerosa uolumina iumento honus prę
bentia obstupescimus. Quem secutus Iohan-
nes colunna eiusdem ordinis professor a mũ-
di creatione orsus ingens compilauit uolumẽ
mare historiarum inscriptum: neque iniuria.
Nam ut pelagus quandoque planum & quie-
tum: non nũqua3 tumidum & inflatum: aliquã
do clarum & limpidum: sępe etiam lutulentu3
& turbidu3 cernitur: ita & illius diuersa scrip
ta aliunde subducta perspiciuntur. Post hunc
Martinus religionis eiusdem: uitas pontificũ
romarorumque principu3 scribere aggressus:
multo plura ac maiora: quam pręstare ua-
luerit: est pollicitus. Sed ut missam faciamus ĩ
eptorum scriptorum turbam: tandem aliquã-
do meliorum beneficio principu3 paulo supra
hanc ętatem e cęno ac luto quo diu fuerat cõ
uoluta: in siccam tellurem perrepsit historia.
Nam quemadmodum antea longo tempore
homines bonarum artium rudes extiterant:

nulloq; in pretio litterę fuerant ĩperitorum princ cipũ culpa: ita postea Eugenio quarto & Nico lao quinto & rege Alphonso & Cosmo medi ce excitatę sunt optimarum artiũ disciplinę: & p̃ clara studiosorum ĩgeĩa sũmis p̃miis: magnisq; honorib9 sunt erecta. Est uero & Platone auc tore & longa experientia cognituz: ut quales principes ĩ re.p. fuerint: talis quoq; sit reliqua ciuitas: & quęcũq; cõmutatio morum ĩ illis appa ruerit: eadẽ in oẽs populũ effũdatur. Q̃m igit ineruditi antea erant principes: cęteri quoq; rudes erant atq; indocti. Quod siqui forte se ad nostra studia conferebant: nullus honos: nulla dignitas: nullũ pręmium proponebatur. Quę res in primis hoĩes excitare ad rectas ar tis consueuit. Nam sicuti cęli temperies & be nignitas aeris gignit segetes lętiores: ita hu manitas & beneficentia principũ hoĩes ad stu dia reddit alacriores. Ergo postq̃ illi liberalissi mi uiri cępere ad se honoribus & muneribus ingeniosos allicere: multi spe pręmii glorięq; erecti ad studia litterarum incũbebant: & p sua quisque facultate: aut uetera conquirebat: aut gręca transferebat: aut noua opera compone bat. Itaque tunc a multis doctis uiris cum alię quędã bonę artes: tuz etiaz historia est adiuta.

Nam & Blondius ab inclinatione romani im
perii ad sua tempora res gestas conscripsit:&
Leonardus brunus gothicum bellum & po-
pulu3 nostrũ maiore sono exornauit: & Pog
gius eum secutus eandem florentinam histo-
ria3 condidit:& Bartholomeus fatius Alphõ
si regis faciora & Platina pontificu3 christia
norum atque imperatoru3 gesta eleganter ex
plicuit. Sed proh dolor postquam clarissimi il
li uiri & litteratorum patronii interierunt:si-
milibus principibꝫ non succedentibus:litterę
quoque humaniores & ille ardor ingenioru3
cępit hebescere. Nam siqui postea clari doc-
trina & ingenio extiterunt:diu uariis casibus
agitati atque despecti : aut necessitate coacti
se ad quęstuosa studia contulerunt: aut inter-
pretãdis poetis meliora uitę tempora consũp
serunt. Veruntamen in hac iniquitate fortu-
nę:peruersitateque temporum non decet spe
priuari eruditos & probos uiros: fore ut com
positis aliquando italię rebus: armisq3 aut uic
toria positis : aut defatigatione abiectis musę
ipsę non recolantur & uigeant. Quę uos orãt
humanissimi ciues:uosq3 huius litterarii gym
nasii pręfecti:ut quãdo hęc una florentissima
ciuitas semper fauit doctissimis uiris: ĩ primis

q3 totius italię facilitate liberalitateque in om
nis litteratos excelluit:se prope abiectas atq3
ab aliis destitutas non deseratis. Sed ut ad hi
storia3 redeam:unde me commune ĩcommo
dum studiosorum auerterat:quando minus ã
gustia rerum scribendo possum:at legendo&
interpretando aliquam illi uoce:laudationeq3
mea opem afferre constitui: Vosque optimos
cõmilitones signifer ipse adhortor:ut amplifi
candę historię consulatis. Etenim reliqua mo
numenta breuiter durant uariis casibꝰ distur
bata:sola longitudinem temporis cętera om-
nia conterentis sui operis custodem habet hi
storia. Quę pares uerbis res gestas referens õ
nem utilitatem complectitur. Na3 & infamię
metu a scelere ac turpitudine uitę deterret im
probos:& ęternę laudis cupiditate ad uirtutẽ
accendit probos. Eius enim lectione priuati q
dam uiri maiorum exemplis ad res magnas
exequendas ingentibus animis inflamati: se
se dignos maximis imperiis pręstiterunt. Ipsi
uero reges & principes ob immortalem glo-
riam per historicos assequendam ad pręclara
facinora sunt incensi. Boni quidem ciues ob
egregiam laudem:quę mortuos historię bene
ficio comitatur: promptissimi sunt effecti ad

omnia pericula pro salute dignitateq; patriȩ subeunda. Quis enim Epaminundȩ: Themistoclis: Timoleontis res gestas legens non toto animo ad eandem famȩ amplitudinem incendatur? Quis Bruti: Camilli: Fabritii: Reguli: Africanique uitaȝ intuens non contendat eorum si possit assequi gloriam sempiternaȝ? Sunt uero clarissimorum uirorum per uirtutē gesta immortalia facinora: prȩsertim cum accessit historia fidelis custos eorum: quȩ aliquis fecerit & sapienter & fortiter. Maximuȝ quidem Iouem & Apollinem & Liberum patrē & Herculem: multosque alios cū heroum tuȝ deorum honores adeptos legimus: quos omnis antiquitas temporum obruisset: nisi eos historia ab interitu uindicasset. Quȩ profecto cum ita sint: quamplurimum obnoxii sumus his: qui: ut ad nos: posterosque nostros rerum prȩteritarum memoriam transfunderent: studium suum ad scribendam historiam contulerunt. Inprimis autem debemus Lucano & Cȩsari: quorum alter supra uires ȩtatis eleganti poemate: alter insigni prosa castrorum in medio bellum omnium maximum a semetipso confectum explicuit. Hanc equidem historiā ingenti ardore animi (quod faustum felixq;

sit absoluendã aggredior. In cuius laudibus
referendis si par ingenium consimilemq3 fa-
cundiam eius magnitudini nõ adhibui: est ue
stre humanitatis atque prudentię: considera-
re: nedum in me: qui minimus horum omniũ
sum: sed in nullo alio tantam dicendi uim &
copiam reperiri: que satis eam digne laudare
possit. Sed ut fine3 dicendi faciam quicunq3
hanc ciuilem historiam audituri estis: adhor-
tor: ut eius utilitate amplitudineque perspec-
ta Lucano & Cęsari auctoribus elegantissimis
& ad eloquentiam consequenda3 & magna
rum rerum scientiã percipiendam utilissimis
totis animis incumbatis: meq3 industria: dili-
gentia: fide: accurataq3 lectione studiis uestris
non defuturum persuasissimum habeatis.

Oratio Bartholomęi fontii in bonas artis

r Eputanti mihi doctissimi uiri: atque huius florentinę iuuentutis ad bonas artis ardorem cōsiderāti: cōmodissimum uisū ē: hodierna die in tanta litteratorum frequentia ꝺ liberalibus disciplinis referre. Quae ab optimorum hominuꝫ summis ingeniis ad nos traductę si negligantur: nihil superest magnopere expetendum. Ab his enim rectissimis atqꝫ honestissimis studiis ita erudimur: ut eis e medio sublatis nihil fere inter nos beluasque intersit: quę solo appetitu: non etiaꝫ ratione mouentur: quod est proprium hominis bene instituti atque edocti. Quam sane meam orationem uobis fore censeo non ingratam. Nam ut estis peritissimi ipsi quidem: atque omniuꝫ maximarum rerum & totius antiquitatis sciētia refertissimi: ita nullis de rebus: quam de uestrarum artium laudibus audietis orationē iocundiorem. Eas enim dum breuiter & apposite referemus: nemo erit uestrum: qui non se magnopere sentiat extolli: quando in his facultatibus plurimam temporis partem summa cum laude consumpserit.

Tantum uero laudabimus singulas: quantũ & presentis temporis & huius amplissimi cõ sessus uestri permittet ratio: eo quidẽ tempe ramento: ut neque breuitas afferat obscurita tem: neque longitudo satietatem.

Prima uero nobis grãmatica se se offert: quę uiaticũ pręstat ad altiores disciplinas capessẽ das: & cementum & materiã habet ad ędes cęterarum liberalium artium construendas. Quare ut architecti fundamentorum maxi- mam curam habẽt: ne reliquũ ędificium cor ruat: ita quoq; nobis multę curę debet esse grã matica: cuius bene iactis fundamentis ad quã cunque aliam disciplinam sine ulla difficulta te conscendimus. Quid uero pręclarum: quid excellens: quid delectabile in se habet: aut me dicorum: aut iuris consultorum: aut philoso- phorũ facultas: nisi hac erudita comite exor netur? Est qdem huius artis peculiaris ac ma- xima laus: quod sine hac scientię sublimiores non possunt consistere: hęc autem in se sola p ficiatur. Cuius studiosi adeo facile queunt per uenire: quo cupiunt: ut eos qui omnem ętatẽ in quauis nobilissimarum artiũ disciplina cõ sumpsere: breui exuperent. Sed qui artis hu-

gramatica

ius ignari ſunt: nuſquam audent firmare ueſti
gia: nec poſſunt imbecillitate greſſus: quo ue-
lint: peruenire. Hęc autem grammatices pro
feſſio: quam nonnulli: ut ieiunam tenuemque
faſtidiunt: multo plus intra ſe quam foris oſtē
dat: complectitur. Naꝫ & recte loquendi ſciē
tiam & poetarum & hiſtoriarum cognitioneꝫ
& uerborum interpretationem continet non
ſine philoſophię in plurimis poetarum locis ī
ſpectione. Primus autem ſtudium grammati
cęs Romam intulit Crates mallotes Ariſtar-
chi ęqualis inter ſecundum & tertium punicū
bellum. Tantum uero decoris huic arti paula
tim eſt additum: ut ne clariſſimi quidem uiri
abſtinuerint: quo minus & ipſi aliquid de ea
ſcriberent. Naꝫ & . M. uarro & Meſſala & Iu
lius cęſar & . C. baſſus libros grammaticos e-
diderunt. Temporibus ſane quibuſdaꝫ ſupra
uiginti celebres ſcholę intra urbem fuiſſe pe-
rhibētur cum ingenti mercede grammatico-
rum. Sed ne longius in grammatica euagan-
tes cęteris artibꝫ: quas ſumus explicaturi: mo
rā afferamus: ꝺ poetica facultate referemus.

Poetica

¶ Eſt uero poetice diuinus furor puras men-
tes ad uerum ſonantibus numeris deſcriben-
dum decoro figmento impellens. Quaꝫ prop

terea tot sęculis uix hominibus paucis contigisse perspicimus: quod raro ad summã cũctarum rerum scientiam cęlestis quoque ingenii lux affulserit. Illi enim tantummodo: cui ĩgenium sit excellentius: cui mens quędam diuinior: cui os grandia & perpetua resonans tãti muneris honos pręstandus est. Aegyptios autem primos quidam poetices inuentores: non nulli assyrios: alii gręcos fuisse dicunt: quia hę gẽtes clarissimorum uirorum ĩgeniis quõdã floruerĩt. Sed ut a quibus oriatur: ĩcertũ ẽ: ita quod per simile veri ẽ: ab initio prope humani generis incepisse. Nam cum primi homines mitiorem uitam edocti in unum cogere se cęperunt: uir quidam excellentissimus cogitauit: nullã humanitatem sine diuinę religionis affectu durare posse diutius: Itaque suo ĩgenio immortali admirabilia naturę opera contemplatus unum aliquem esse censuit mundi huius moderatorem: quem & ipse primus incoluit & cęteris adorandum instituit. Huic solennia uota persoluens non cõmuni ac uulgata oratione: qua ad homines utebatur: sed numeroso quodam concentu diuina numina precabatur. Cęteri postea subsecuti omnia (ut solet) ĩ maius adaugentes non solum laudes superis cecinerũt:

Inuentores Poetice

ſed deos conſulentibus etiam carmine reſpõ
derunt: poemata quoque ad cęlites pertinen
tia conſcripſerunt. Quo ex numero lõgo po
ſtea interuallo Iob & Moſes & Ieremias a-
pud hebreos: ĩ thracia Orpheus: in gręcia Li
nuſ Amphion Muſeuſ theologi clariſſimi flo
ruere. Quos omnis ita diuinus quidam furor
impleuit: ut inde uates ſint appellati. Poſt hoſ
primus omnium homerus a Dis ad homines
carmen uertit: ita tamen ut de dis quoq; mul
ta confinxerit. Reliqui poſt homerum ſecuti
in uaria ſe genera diuiſerunt. Nanque alii re
ges & bella: alii fabulas & amores: alii alios a
nimorum affectus diuerſo carminis genere cõ
ſcripſerunt. Sed quanquam heroicarum re℞
cęleſtiumque fictores: uere tantum poetę dicẽ
di ſunt: omnium tamen utilitas & delectatio
magna eſt: uel ad eleganter dicendum: uel ad
beate feliciterque uiuendũ. Quod enim ſcrip
torum genus poetis uel rerum inuentione uel
inuentorum diſtributione uel elocutione con
fertur: Verba ipſa a uulgo remota: ſententię
graues & per iocundę: comparationes: ſimili
tudinesque concinnę: digreſſioneſ appoſitę at
que uenuſtę: ſelecta omnia & exculta nõ ſo
lum hominum mentes: ſed ferarum quoque ĩ

mitium aures tenent. Verum ne sanctorum poe
tarum accensus studio ultra prescriptum spa-
tium campi euager: paucis rhetoricam facul-
tatem complectar: sine qua reliquę disciplinę
infantes ac mutę apparent. Nam equidem sic
existimo: nullam esse doctrinam: quę magis o
stendat: quantum homo bestiis & mutis ani-
mantibus prestet: quam hęc: qua loqui apte: di
stincte: ornateque ualemus. Quamobrem ex
cellens ac diuinum quiddam consecutus ē is:
qui ingenio: doctrina: exercitatione tantū prę
stat: ut qua ī re homines animalia reliqua ma
xime superant: in ea ceteros ipse homines an
tecellat. Deus quidem in terris fuit: siue Satur
nus is fuit: qui genus indocile ac dispersū mō
tibus altis composuit: legesq; dedit: siue facun
dus ille Mercurius nepos atlantis: q feros cul
tus hominum recentum uoce formauit catus:
Deus inquam in terris ille fuit: qui primus cō
posita oratione iustitiam colere: pietatem ser
uare: fortitudinem retinere: pudicitiam custo
dire prioribus ipsis incultis hominib9 persua
sit. Magna nimirum res & omni laudum ge-
nere digna fuit agrestes & feros homines sua
uitate dicendi compellere: ut qui superiores ui
& robore corporis essent: posthabita uiolen-

rethorica

tissima consuetudine se inferioribus adequa-
rent. Age uero quot seditiones cõpressę: quot
coniurationes extinctę: quot hostilia bella cõ
posita: quot ferę gentes & nationes ui sunt o-
rationis pacatę?' Non ne populum athenien
sem Pericles dissensiones crebras excitanteȝ
ita semper oratione sua cõpescuit: ut uere tũc
dici potuerit: eloquentiam solam animis ho-
minum dominari?' Non ne. M. ualerius dicta
tor plebi romanę: quę sacrum in monteȝ seces
serat: ad senatum redire oratione persuasit?'
Non ne ciceronis eloquentia quantum popu
lo romano profuerit in. L. catilinam apparu-
it: qui senatui: qui bonis omnibꝰ: qui patrię in
teritum machinabatur?' Non ne idem intole-
rablie iugum Antonianę seruitutis a rei. p'. col
lo eloquentia sua dispulerat: nisi eius sapienti
a quidem sed parum fortunata consilia Octa
uii adolescentis cupiditate regnandi essent e
uersa?' Quid quod amicis: cognatis: affinibus:
ciuibus: peregrinis: naufragioque iudiciorum
afflictis ea munitissimus est portus?' Ab hac i-
magines fortissimorum atque optimorum ui-
rorum litteris per historicos eleganter expres
sas ad imitãdũ assumimus. Est enim historia
magna pars facultatis rhetoricę. quę licet se-

paratim non ſit expreſſa rhetorum pręceptionibus:ita tamen ab eis emanat atque dependet:ut ſine hac ipſa dicendi arte inculta & rudis & debilis uideatur. Verborum enim contexendorum rationē & genus orationis cum lenitate quadaꝫ ęquali profluens & concionū neruos atque acumen & rerum ac temporuꝫ ordinem & conſiliorum actorumque & euētuuꝫ expectationeꝫ exoratoriis diſciplinis ſumunt hiſtorici. Quorum plurima atque optima ad bene fortiterque agenduꝫ exempla dū uirtutis amore inflamati proſequimur & nobis & noſtris omnibus & omni hominum generi ſapienter conſulimus. Sed his breuiter ō rhetorice explicatis:quod eſt ultimum noſtrę narrationis:philoſophiam donum ingens deorum abſoluamus. Eſt autem philoſophia humanarum diuinarumque rerum cognitio:naturarumque inquiſitio conſtans opinione atque ſcientia. Opinio eſt cum incerta res latet & nulla firma ratione diffinitur. Scientia cuꝫ res aliqua certa ratiōe percipitur. In tris autē philoſophia partis diuiditur:Rationaleꝫ:Moralem:Speculatiuam:Rationalis eſt quęrendi & diffiniendi & ueri ac falſi cognoſcendi potens. Cuius diſciplinę uſum adeo neceſſariuꝫ

Philosophia

doctissimi homines putauere: ut sine eius speculatione sapientem in oratione absq; lapsu non futurum affirment. quippe ex illa uerum ac falsum dignosci: probabileque & quod ambigue dicatur intelligi. Ea quidem remota fas non esse rite interrogare ac respondere: neq; aliter acutum & ingeniosum: cautumq; omnino in dicendo fore sapientem. Moralis autem philosophia tota in actione consistit: ac tris in partis distribuitur: propriam: domesticam: ciuilem. Propria uirum ipsum: moresq; uiri optime instruit. Domestica domum familiamque disponit. Ciuilis ciuitatē moderatur ac regit. Perficitur moruȝ omnis philosophia prudentia: fortitudine: temperantia: iustitia. Prudentia generatorum ac mutabilium opinatrix in dispositione rerũ mortaliuȝ sita est. Cui insunt ratio: intellectus: circumspectio: ꝓuidentia: docilitas: cautio. Fortitudo autem inter metum atque audaciam posita est. Vnde oritur magnanimitas: fiducia: tolerantia: firmitas. Temperantia sane circa uoluptates ac dolores mediocritas est: quam sequuntur modestia: uerecundia: parcitas: abstinentia: pudicitia: honestas. Iustitia uero est seruare unicuiq; quod suum est. A qua ueniuat innocentia: a

micitia:concordia:pietas:religio:humanitaſ. Huic ſubiacet iuriſconſultorum facultas: quę legum ęquitatem complectens & magna exiſtens & late patens & ad multos pertinens ſũmo in honore habetur. Speculatiua autẽ philoſophia tris in partes & ipſa diuiditur: naturalem: ſupernaturalem: diſciplinalem. Naturalis quę immerſa penitus in materia ſunt: ut quattuor rerum elementa: quęque ex his corpora conſtant & componuntur: conſiderat. Huic ars medicinę ſubeſt: quę abdita & morbos continentium cauſarum notitiam: ūinde euidentium: poſt hęc etiam naturalium actionum: nouiſſime partium interiorum ſcientiaꝫ requirit. Quę quidem facultas ab apolline primuꝫ inuenta: deinde ab eius filio Aeſculapio celebrata: mox a Podalirio & Machaone troiani belli temporibus illuſtrata: ab hippocrate demũ perfecta apud gręcos latinoſque ac barbaros: clariſſimos habuit profeſſores. Supernaturalisauteꝫ ſubſtantias ab ipſa materia ſeparatas conſiderans: theologiam ſibi uendicat: qua ſupergreſſi uiſibilia: de diuinis & cęleſtibus contemplamur. Diſciplinalis uero his intendit quę partim ſeiungi: partim etiam nõ diſiungi a materia poſſunt. Cuius quattuor

ſunt partes: Arithmetrica: quę a phęnicib9 orta numeros comprendit. Geometria: quę ab ęgyptiis adinuenta dimenſiones cōtinet. Muſica: quę ab eiſdem ęgyptiis: unde Pythagoras aſſumpſit: principiuꝫ trahens: eſt uocis ac ſoni certa dimenſio cum conſtantia perfectę modulationis. Aſtrologia: quę a chaldęis primo comperta: deinde ab ęgyptiis edita cęluꝫ ac ſtellas complectitur. Manifeſtum auteꝫ eſt omnibus: Platonem gręcorum primum omnis has philoſophię partes uſque ad ętateꝫ ſuam ſicut membra Penthei diſiectas atque cōfuſas in unum corpus atque animal integruꝫ reduxiſſe. Zeno enim & omnis eleatica diſciplina rationali ſolummodo ſtuduit. Lycurgus uero & Pittacus & periander & Solon d̄ gubernandis hominum cętibus conſcripſerunt. Tales autem & Anaximenes atque Anaxagoras de naturalibus rebus conſiderarunt. Plato deinde poſt hos omnes natus uir natura pręſtans & uere diuinitus miſſus nullam parteꝫ philoſophię imperfectam reliquit. Sed omnes diligenter complexus nec in neceſſariis defuit: nec ad inutilia delapſus eſt. Ipſe quidem: cęterique fere omnes gręcorum philoſophi ab hebręis fundamenta totius phi

losophię acceperunt : ad gręcosque transfu-
derunt. Philosophia autem uitę nostrę magi-
stra & dux ambitionem: auaritiam: libidinē:
inuidiam: cęteraque animorum inquinamen-
ta longe fugat atque excludit. Philosophia
bonas artis & scientias & uirtutes summo stu
dio & diligentia indagata humanę semper
uitę recte consuluit. Ipsa enim leges ac iura in
uenit. Ipsa bonos mores edocuit. Ipsa rectam
uiuendi disciplinam instituit. Ipsa omnia supe
ra: infera: prima: ultima: media: inquisiuit.
Ostendi quantum mediocritas mea tulit: quid
grammatice: quid poetice: quid rhetorice: in
qua historia: quid philosophia tota: in qua iu-
ris & medicinę scientia inest: in se contineat:
non ignarus quam multa prętenerim: quę de
liberalibus disciplinis referri posse commode
uidebantur. Sed ne prolixitate nimia parum
uobis iocundus essem: non nulla consulto prę
termisi doctissimi uiri: qui ut me prętentia ue
stra honestaretis: consedistis. Vos autem ado
lescentes optimi & animo meo charissimi: qui
me uestris studiis incumbentem prosecuturi e
stis: cum duę sint uię: per quas humanam ui-
tam progredi necesse est: una uitiorum quę ad
inferos deprimat: altera uirtutum: quę in cęlū

ferat: ea quę uitiis assignata est primo ingres/
su amena & facilis: sed quę ad interituꝫ ducat:
prętermissa: hanc alteram nostris rectissimis
artibus & uirtutibus attributam capessite.
Quę licet primo aditu ardua sit & confrago/
sa: si quis tamen difficultate superata in sum/
mum eius euaserit: amenum campuꝫ inueni/
et: & capiet fructus uberes atque iocundos.
Nihil autem uos tutius atque expeditius ad e
am potest perducere: quam uel omnes si pote
stis: uel aliquam saltem earum scientiarum:
quas modo recensui: cognouisse. Ita enim om
ni inerti ocio: cupiditate: libidineque reiecta
ad bonam frugem & uitę maturitatem perue
nientes: eam optime uiuendi rationem tene/
bitis: quę summam uobis utilitatem & perpe
tuam afferat dignitatem.

Oratio Bartholomęi fontii in laudem poeti-
ces facultatis.

c Vm Quintus horatius flaccus: & summus poeta Lyricus & Satyricus uates fuerit: & unus omnium latinorum hunc: quē in terpretandum aggredior: de poetice librū scripserit: operę pretium uisum est: eius interpretationis initio orationem habere de facultate poetica. Nam si a poetis & ad bene dicēdum & ad beate uiuendū multa percipimus: eorum quoque mirandam uim pręterire taciti non debemus. Quorum equidem excellenti ac diuinę amplitudini: quę magnitudine sua exercitatissimi potius et disertissimi alicuius oratoris ingenium: quam hoc meum perexiguum exigit: si non parem facundiam: elegātiamque pręstitero: iuuabit tamen adolescentium nostrorum animos ad mansuetiores musas excitasse: & poetas quorum studiosissimi omnes debemus esse: oratione mea concelebrasse. Quę dum breuiter ac distincte complector: uos me quęso pro uestra humanitate: ut sępe antea consuestis: ęquis auribus audiatis. Maxima ac pręstantissima dari bona mortalibus a furore diuino & nostri & gētiles theo

logi tradidere. quo prophetę: sibyllęque afflati multum humano generi contulerunt. Sed prę cęteris furor is: qui sanctis a musis oritur: ingenium excitat: & cęlestibus alis animuꝫ ac mentem sublimem tollit. Ex quo doctis ac resonantibus numeris: qui ab eo furore manāt: antiquorum gesta exornantur: & posteri magnarum rerum cognitione instructi ad res clarissimas excitantur. Verum qui sine musaruꝫ numine ad poeticos postes uenit: artificio & doctrina se uatem posse fieri putans: uana est eius poesis & puerilis. Nobiles enim uates: q per pauci sunt: non arte: neque scientia: sed diuino spiritu potius pręclara poemata concinunt. Ac mehercules leue quiddam & uolatile & sacrum poeta est: neque prius ad iuuandum delectandumque cantat apposite: quam deo plenus extra se positus tota mente sit alienatus. Nam donec animo sanus est: nulluꝫ ualet elegans & canorum, & admirandum poema confingere. Deus etenim solus furorē poetis incutit ac tanquam administris & oraculorum suorum utitur nuntiis. Quibus de rebus maiores nostri sapientissimi uiri confirmauere: cętera bonarum artium studia fieri exercitationibus & pręceptis: poetam uero ingenii

uiribus excitari & diuino ſpiritu inflamari. I-
taque iure ac merito poetę ſancti ſemper ſūt
habiti: ut qui cęleſti munere producantur. Cui
tamen furori plurimarum, maximarumq; re-
rum, & totius antiquitatis: omniſque beneui-
uendi ſcientia iungenda eſt: qua ſine carmi-
num ſonitus ridendus profecto eſſet, atque in
anis. Affectus quoque ac motus animorum:
omniumque rerum principia & totius philo-
ſophię arcana noſcenda ſunt. Quam quidem
ob infinitam pene uim & immenſam faculta
tem: neque per ſe ſtudium & ſcientia: neque
natura ſola abſque omnium humanarum di-
uinarumque rerum cognitione facit poetam.
Quibus artis: ſtudii: ingenii: diuinique furoris Cur poëta honoratissimus:
adiumentis: quoniam poeta inſtructus eſt: eo
quoque omnium hominuꝫ honoratiſſimus ē.
Ipſaque poetice pręcęteris rectiſſimis artibus
honoratur & colitur: quod a diuinitate proce
dens erigit in cęlum: immortaleſq; reddit prę
ſtantis uates. Nam ex omnibus ſtudiis: libera
libuſque doctrinis tametſi facultas oratoria p̄
ſtare putatur cęteris: nemo tamen apud grę-
cos inuentus eſt: qui non magis Homerum q̃
Demoſtheneꝫ coluerit: pluriſque Euripidis &
Sophoclis: quam Hiperidis & Liſię famam

fecerit. Apud nos quoque permulti sunt: qui Virgilium magis quam Tullium admirantur: & antiquiorum quo nulla tantum Messalę aut Pollionis oratio: quantum Ouidii medea: aut thiestes uari celebrabatur. Neque iniuria. Nã si musico studio: quod aurium solum est: excellentes quidam uiri tam percupide seruiere: quanto magis carmina poetarum non aurium tantum: sed etiam animorum nostrorum perfectam musicen debemus tota mente percipere? cum presertim ex grauissimis poetarum sententiis: preceptisque sanctissimis cum summa delectatione utilitatem quam maximam referamus? Quis enim (ut grecos barbarosque pretaream) Virgilium paulo legit attentius: qui non in eo perfecti uitam hominis contempletur? Quid porro aliud enee labores uolunt: quam uirum fortem ostendere in actione uiuentem: uoluptatibus, et cupidinibus non cedentem: neque fortunę casibus succumbentem? Age uero horatio: Persio: Iuuenali nos a cupiditate: ambitione: Luxurie ceterisque morbis animi deterrentibus: atque ad uirtutẽ tota satyra incendentibus quem philosophãntium preferemus?

Ouidij Medea

Vergilij utilitas.

Horatius, Persius Iuuenalis.

Ipsa quidem plautina terentianaq; fabula qd aliud queso uult: quam cunctarum etatum stultia: multiplicesque affectus detegere? Tibulli uero atque Propertii iuueniles flamas cum legimus: non ne ex eorum ardoribus & querelis amoris triste iugū effugerē admonemur? Preterea quot in locis de uirtutibus: de uitiis: de humanis affectibus: de inferis: de superis: de rerum omnium creationibus, & naturis uates ipsi elegantissime tractauerunt. Ac nequis forsan in ocio tantū & umbra ualere poetas censeat: Tirteus atheniēsis pro lacedemoniis militans mares animos in martia bella uersibus exacuit: messeniosque prelio cruentissimo uictor domuit. Solon quoque carminibus capitale bellū in megarenses atheniensi populo persuasit: Salaminamque desperatione amissam cantando cepit. Est autem adolescentibus grata: uoluptuosa iuuenibus: senibꝰ quoque non iniocunda poesis. Nam quis poetis breuius scribenda proponere? proposita lucidius enarrare? narranda ualeat illustrare decentius? Qui uero dulcisono musarum studio capiuntur: non tristi foro ac tetricis litibus student: non cogendis pecuniis inhiant: non potentioribus seruiunt: nulli denique turpitudi-

Plautus, Terentius

Tibullus, Propertius.

Tirtheus Atheniensis:

Solon:

[illegible]

Musarum utilitas:

ni se subiiciunt. Quę porro natio unquaꝫ fuit tam fera: tam barbara: tam immanis: quę non poetas omnibus honoribus dignos cēsuerit? Ipsi quidem extremi hominum Indi: ipsi belli cosissimi quoque galli: ipsi thraces omnium ī manissimi plurimum sunt uatibus delectati. Aegyptus & Iudęa tantopere sanctos dilexit uates: ut eos quandoque reges & moderatores elegerit. Gręcia sane tota magis theatralibus carminibus audiendis: quam libertati tuēdę intenta fuit. Italia uniuersa poetas magno in pretio semper habuit. Romanus quideꝫ populus auditis ī theatro Maronis uersibus: cūctus ei officiosissime assurrexit: pręsentemque uatem non minus quam Augustum cęsarem honorauit. Salamis quidem & Ios & cuma & colophon homeꝛ ciueꝫ esse contendunt suū: Smyrna uero ita contendit: ut etiaꝫ ei templū posuerit. Magnus quoqꝫ Alexander adeo studiose Homerum coluit: ut scrinium Darianuꝫ gēmis & auro pretiosum tanti poetę libris addixerit. In sygeo autem achillem fortunatissimum appellauit: quod homerum suorum facinorum laudatorem habuerit. Idem in thebano excidio Pindari lyricorū principis domui: familięqꝫ pepercit. Euripidi tragico archelai

Quanti extimati fuerunt poete:

De Maronis versibus

Quanti extimatus Homerus:

Giunto Alessandro alla famosa tomba del fier Achille: ecc.

Pindarus.

regis contubernali ſepulchrũ nobile conſtru xere macedones: tantique eius poëtę oſſa ęſti mauerunt: ut ea athenienſibus legatione publica repetentibus non conceſſerunt. Menandrum comicum ęgypti & macedonię reges tãti fecere: ut eũ claſſe ac per legatos accerſiuere. Africanus ille ſuperior tantopere. Q. Enniũ adamauit: ut eius inſignem ſtatuam ſepulchro ſuo impoſuerit: cumque condi ſcipionum in monumento uoluerit. Fuluius eundẽ Ennium contra ętholos ducens tribunitiis inſignibus decorauit: camęniſque martis manubias in eius poëtę gratiam conſacrauit. Decius brutus templorum, ac monumentorum ſuorum additus accianis uerſibus inſigniuit. Octauianus auguſtus multa Varo: Tuccę: Valgio: Virgilioque maxime dilargitus: diuinã ęneida contra teſtamenti eius religionem incẽdi uetuit. Męcenas uatum decus atque pręſidium in primis horatium flaccũ excoluit. Veſpaſianus cęſar Saleium baſſum eximia liberalitate ditauit. Stilico claudianum ęgyptium larga munificentia ſemper fouit. Federicus aragonenſis & Canis ſchala Dantem familiariter ſuſceperunt. Carolus imperator: Iohanneſque gallię: & Robertus ſicilię reges Petrar

Euripides
Menander:
Ennius:
Multi simul Poetę
Mecenas
Claudianus Egyptius
Dantes:
Petrarcha.

cham honoratissimum habuerunt. Sed quid ego ratione utentium hominum studia & officia in poetas commemoro: cum ferę: saxa: quercus amphionio cantui assurrexerint? Cũ squalidus Caron: immitis Pluto: fera Hecate: īmanis Cerberus: horribiles furię Orphei modulaminibus cesserint? Quin & superi quoque ipsi uatum se curaꝫ habere manifestissimis argumentis & signis testati sunt. Nam Simoniden apud scopam in thessalia cęnitantē Castor & Pollux ab imminenti ruina triclinii subtraxerunt. Archilochus per insidias interfectus apollinis est oraculo uindicatus. Reddidit item honorem Hesiodo post morteꝫ per musas numen. Pindari quoque & eius uersuum amatorem Pana extitisse commemorant. Sophoclem tragędiarum auctorem sepeliri Bacchus imperans Lisandrum admonuit: ut suas humari delitias pateretur. Horatium Mercurius in philippis densa nube sublatum ab omni mortis discrimine tutuꝫ pręstitit. & Faunus in sabinis ab arboris sanauit ruentis ictu. Verum si diuina poetice raro cęlitus paucis purgatissimis: excellentissimisque ingeniis munere deorum concessa est. Si eius oblectatio & uoluptas animis hominum dominatur & im

perat. Si ſumma utilitas cum ſumma omniuꝫ magnarum rerum cognitione coniuncta omnem humanam commoditatem exuperat. Si non populi modo & urbes & principes & cęlites eam diligunt: ſed etiaꝫ ferę immites & furię uenerantur: Vos quoque florentini uiri omnium ſemper humaniſſimi habiti ſummo ſtudio & ardore animi ad poëticem complectendam: honeſtandamque innitimini: ne ſoli ex omnibus neglexiſſe ſuauiſſimas muſas huius urbis alumnas uideamini. Quę ita Dantē Petrarchamque ciues noſtros ſuo numine ornauerunt: nullis ut aliis tantum de rebus: quātum eorum uatuꝫ ingeniis admirandiſq3 poematis noſtra hęc florentiſſima ciuitas apō omnes gentes & nationes in omnem ęternitateꝫ celebratiſſima ſit cōmendatiſſimaq3 furura.

Vel poësim amare:

Adhortatio ad Florentines.

d

Bartholomęi fontii oratio de Sapientia.

S Vperioribus meis orationibus cum se-iunctim oratoriam facultatem: historiã q; ac poeticen: coniunctim uero cunctas rec-tissimas artis concelebrarim: sępe mecum co gitaui: quid hodierna die ab officio meo non alienum possem referre. Verebar enim ne si eadem quanuis ãpla: laudabiliaq; repeterem: insigni nota inuererer ingenii desidis & ieiuni. Si uero non delitteris: deq; studiis nostris: exer citationibusque communibus: sed aliqua alia de re quanlibet graui & utili orationem habe rem: parum apposite: quod neque huius diei aut loci: neq; muneris mei esset: exprimerem. Hac equidem cogitatione suspensus nouam tandem inueni dicendi uiam: qua & a curricu lo solito non deflecterem: & uos ad gratam & utilem si non earundem: at multo maximarũ clarissimarumque rerum inspectionem perdu cerẽ. Dicã enim et dicam q̃ breuissime potero de sapientia rerum omnium intellectu: quę ho noratissimę ac pręstantissimę sunt natura: qua sola homines uere sapiunt: & cęlestia numina se percipiunt. Cuius tamen antequam admira biles actiones in diuinis humanisque rebus ag

grediar: paucis patriam eius & genus referã: ut tantis primordiis cognitis: reliqua facilius innotescant. Sapientię uero patria non una quidem aut altera est ciuitas: sed quicquid aut oculis intuemur: aut indagatione animi contemplamur. Naꝫ siue spectemus cęlum sublimius: siue aerem medium: siue nostꝝ hoc humile diuersoriuꝫ: ubique sempiternas mentes domicilia cernimus sapiẽtię. Que cuꝫ ab uno emanet deo auctore omnium summo atque opifice: si paulo diligentius prospexerimus: primam ipsam dei mentem: ueram sapientię patriam cognouerimus. Quam sane diuinã mẽtem cum sapientia sibi amplissimum habitaculum compararit: ipsa profecto non humani est generis sed diuini, quoniam nihil in deo ẽ diuinę conditionis non particeps. Nam cum singularis & simplex diuina natura sit: quod rerum in ea numerus dispersus atque disiunctus non inuenitur: in unum cogantur uniuersa necesse est: quę ad felicissimum ipsum deuꝫ & beatissimum pertinent. Qua de re cum sapiẽtia una ex omnibus rebus deo maxime cõpetat: cumque diuinum id sit: quod ei congruit: sapientia proculdubio diuina est: qua nihil familiarius: nihil coniunctius: nihil apparet ꝺo

conuenientius. Ea uero tam pręclaram patriā īcolens: tamque nobili orta genere: miro quoque in diuinis rebus utitur ordine. Hac enim se deus primum & perfectissimum omnium: hac se immortalem & infinitum: hac se mentem & intellectum eximium esse perspicit. Hanc propter non se tantum: sed rationem quoque suam deus: essentiamque intelligit: neque secus quam presentia preterita & futura cognoscit. Hęc rerum perpetua exemplaria ī diuinam mentem coegit: seq; ipsam inter formas: mentemque mediam collocauit: ac tanquam artifex quędam absolutissima ornatissimum hunc mundum & quęcunque in eo sūt admirabili ratione perfecit. Ab hac essentia & potestas & ordo & multitudo & uarietas rerum omnium emanauit. Quarum nonnullę sunt a materia ita disiunctę: ut solo mentis acumine cognoscantur. quędam ita coniunctę: ut ipso statim sensu percipiantur. plereque ita partim semotę: partim cōnexę atq; ita gradibus inter se perfectionis distantes: ut modo superentur: modo exuperent. Has tam multas: tam uarias: tam eleganter dispositas collocatasque naturas ipsa sapientia cum diuina mente percepit & ineffabili arte produxit: gu

bernatque productas. Nam perceptioni uolũtatem: uoluntati actionẽ: actioni perseuerantiam: perseuerantię finem: fini denique rerum procreatarum gubernationem adiunxit: nihilq; penitus aut omittendum peregit: aut peragendum omisit. Verum hęc prouida rerum omnium generatrix quasi non satis esset gubernare cęlestia: magnificentissimo dei munere ad nos delapsa: mentes quoque nostras incoluit. Neque uero in terris commodius ullũ fuit: augustiusque hospitium: quod tantam deam tam nobilem tam immensam exciperet. Quę dociles ingressa animos furore: metu: cupiditate: libidine: ignorantiaq; remota in primis moribus optimis eos imbuit. Deinde rem ipsam familiarem curare docuit. Postea in unũ locum coactis hominibus ciuitatem constituit: remque publicam institutis: legibus: iudiciis: artibus: omnique bene uiuendi ratione muniuit. Ab hac litterarum erudimenta: ab hac uatum sanctissimorum carmina: ab hac facultas persuadendi emanauit. Hęc sola humanum animum compulit ad rerum naturas eo ordine contemplandas: quo cũ mente diuina eas ab initio procreauerat. Ab ea nanque noster animus informatus nunc numerorum inter se

affinitates: nunc uocum modulationes: nunc lineamenta & figuras: nunc cęlum: sideraque complexus ipsius quoq; dei summi cognitionem aggreditur: & ea quę nullo unquam sensu cognosci queunt: sciĕtię amplitudine sola colligit. O admirandam & a uobis humanissimi uiri complectendam sapientiam: cuius tătas opes & uires cernitis: ut nihil tam sit summum: tam mediocre: tam infimum: quod non illa cum deo produxerit & sapientissime conseruauerit. Cęterum quando nobilissimam patriam & immortale genus sapientię prospexistis: quantumque in diuinis: humanisque rebus ualeat: cognouistis: reliquum est litterarii pręfecti: ut eius professores: qui pro hac egregia iuuentute florentina erudienda: proque liberis & nepotibus uestris instituendis dies noctesque inuigilant: non negligatis. quos uel ex eo debetis pro uestra humanitate atque prudentia tractare munificentius: ut illis etiam: q nondum hunc locum ornatissimum ascenderunt: maiorum spem detis & honorum & pręmiorum. Quid enim conferre cū scientia quęso sapientiaque potestis? Opes ne ac diuitias? At hę sunt fragiles & caducę in temeritate fortunę non in consiliis nostris positę. An regna

Multi decrunt.

Principium test.

& aurelius Augustinus & plerique alii christianissimi & disertissimi uiri: ut in eorum apparet libris: uates satyricos coluerunt. Qui cum suis in poematibus nunc comiter & iocose; modo grauiter & seuere cuncta flagitia detestentur: homines ad frugalitatem reducunt: bonosque ex prauis & ex improbis probos faciunt. In quo mihi uisi sunt diuinum Platonē secuti precipientem uituperari scelera & agitari flagitia modulatis carminibus: quę pueri memoriter canant: ut a teneris unguibus: quę sequi debeant & uitare percipiant. Solet enim persępe accidere. ut alienis probris admoniti a uitiis metu infamię se contineát: ne sibi suisque omnibus inurant perpetuam ignominię maculam. Ego sane a primis annis maximum fructum percepi ad uitam recte satis instituendam ex assidua satyrę lectione. Cuius utilitate breui perspecta: nunc originem quoque eius animaduertite

¶ In atticę terrę uicis & compitis cum prisci illi agricolę pro frugum ac pecoris copia Siluano & Cereri & Apollini nomio circum aras choros ductantes festum carmen solenniter canerent: uetus comędia archea deno-

minata sumpsit initium. In qua palam res seu recte: seu perperaꝫ gestę cum eorum sępe: qui gesserant: nominibus cantabantur. Quam ob rem ea ad uiuendum frugaliter priscis tēporibus multum contulit: cum quisque caueret a uitiis metu dedecoris. Sed posteaquā oppida sunt condita & uetus ipsa comędia ꝑsonis: pallis: soccis: reliquisq3 scęnicis insignibus est adaucta: cum poetę licentius cępissent pro libidine animi offendere plures bonos: neque etiam a maximis in re. p. ciuibus temperarent: lata lege ac pęna sancitum est: ne quis infame carmen inquenquam scriberet. Itaque facultate reprendendi sublata priscę comedię: in qua Eupolis & Cratinus & Aristophanes floruere: noua postea: quę uoluptate spectatores afficeret ac neminem lęderet: orta est. Ad huius autem ueteris exemplar comędię ad carpenda hominum uitia: dicacitatemque accommodę Romani suam satyrā dissimili tamen argumento & ordine ac stilo adinuenere. Nam a primis urbis temporibus in ludorum celebritatibus satyristarum choros gręcam representantes sicinnam saltationem introduxerunt.

In quibus alii silenorum: alii satyrorum uillosas tunicas: alii hircina induti tergora: gestabant capitibus marinorum uitulorum erectos pilos. Hi satyristui chori silenorum satyrorumque gestus imitãtes crebra spargebant conuicia & cauillabantur assidue. Hanc quidem conuiciosam satyricam disciplinam ueterem ac gentilem romanis fuisse triumphorum apparatus declarant. In quis iambos per iocum canere & clarissimos duces mordere permittebatur. In eorum quoque sepulchris hodieque uisuntur ĩcisi ad lectos satyrici chori. Ab hac igitur consuetudine in pompis: celebritatibusque ludorum paulatim descẽdit ars ludicra ad satyrarum poema maledicum & lasciuum & petulans de similitudine mordacium conuiciorum: quę iaciunt dii satyri: unde & satyra nomen adepta est. In qua tota nostra satyra primus insignem laudem est Lucilius consecutus olympiade natus octaua & quinquagesima supra centesimam. Post quem Horatius Flaccus eo purior ac tersior Augusti ętate floruit. Quem Persius subsecutus imperante Nerone multum & uerę glorię quanuis unico libro meruit. Domitiano deinde regnante Iuuenalis effulxit maxime omnium recolendus &

non secus quam summorum prophetarũ cantus quotidie concinendus. Quoniam sententiosus & grauis & uehemens & nitidus dicẽdi genus habet elegans & uenustum multa libertate: multoque sale conditum. Mores autem & affectus & studia sui sęculi tanta uarietate & artificio exprimit: ut lectorem sępe reficiens & ꝺlectet interdum & semper prosit. Quibus de rebus omnibus: cum sit Iuuenalis publica lectione dignissimus: iure ac merito eum hoc anno interpretor. Vtinam uero ea futura sit in me dicendi copia & facultas: eaque eruditio & doctrina: quę tanti uatis acumini elegantięq; respondeat: ut eius dignitati parem interpretationem adhibeam. Sed quanuis ingenii mei exiguitas non sit ipsius magnitudini suffectura: conabor tamen pro uiribus eius locos abditissimos aperire & quę nodosa uidebuntur dissoluere & dura atque aspera queque oratione mea emollire. Auditorum autem erit nil supra meas atq; interpretis uires a me requirere: ac ubi penitus in occulto latebit ueritas: ueri similitudini acquiescere. Cęterum his breuiter de utilitate atque origine satyrę enarratis: antequam Iuuenalem aggredior: uos quęso pręstantissimi uiri hanc

hodie ueniam mihi detis: ut quę ad studiosos omnis communiter pertinent: in hoc cętu litteratorum hominum eloquar. Nullę unquam bene institutę ciuitates ac nationes non summopere liberalia studia coluerunt. Nam ut omittam ęgyptios & assyrios gręcosque omnium doctrinarum generibus claros: itali quoq3 nostri: romanique nulla re quondam fuere insignes magis qua3 honestissimis & rectissimis artibus. Sed posteaquam ambitione: luxuria: cupiditate: libidine moribus deprauatis pessum iere: omnes quoque simul bonę artes cu3 romano imperio concidere. Verum italia tādem fugatis hostibus immanissimis barbaris: ex quo partim liberis ciuitatibus: partim etia3 sub principibus regere ipsa se cępit ac moderari: paulatim se rectę artes: quę per multa sęcula iacuerant: erexerunt. Sed in primis quę ad curationem corporum pertinet medicina: & ad lites & causas iuris scientia conductis magistris ac doctoribus legi ceptę. Religionis quoque ac fidei causa philosophia omnis in sacris conuentibus culta est. Solę quidem oratoria & poetice annos circiter noningentos ad Dantis & Petrarchę tempora in squalore ac tenebris iacuerunt. Quorum alter in uete-

re comędia cęlum: terrãq; ac manes comple-
xus superiores uates ęquauit omnes. Alter ue-
ro etiam incantadis amorib9 supauit. Sed ip-
se idem Petrarcha primus omnium huic no-
strę humanitati: quantum per illud rude sęcu-
lum licuit: tanta cura diligentiaque incubuit:
ut qcquid post eum secuti profecerint: iure il-
li acceptum referre debeant. Nam exquo cę-
pit contemptis minoribus: licet hominum ui-
tio quęstuosioribus studiis: maiora hęc & prę-
clariora capessere: eaque cuz legendo: tũ scri-
bendo exornare: multosque ad ea pro uiribus
adhortari: plerosque imitatione sui concita-
uit. Subsecutis deinde quibusdam satis beni-
gnis principibus: Eugenio prędsertim quarto
et Nicolao quinto uehementer hęc studia no-
stra exculta sunt propositis magnis prępmiis at-
q; honoribus. Ab Alphonso quoque rege et
Cosmo medice studiosorum ingenia sunt e-
recta. Neque uero Pius picolomineus pon-
tifex et Federicus urbinas merita laude frau-
dari debent eloquentium hominũ amatores.
Sed extinctis his clarissimis litteratorum lu-
minibus ardor ille ingeniorum magna expar-
te consumptus est. Quanquam In hac nostra
florentissima ciuitate ut a Dante poeta cępit:

ita quoque ad hanc diem perſeueratum eſt ĩ
ſtudiis communibus excolendis. Nam poſt e-
uꝫ Petrarcha fuit ꝑcelebris. Cui ſucceſſit Boc-
cacius ętatis ſuę facundiſſimus omnium. Poſt
quem Coluccius ſalutatus eloquentię ſatis ha-
buit: ſed plus multo doctrinę atqꝫ prudentię.
Nicolaus deinde nicoli & ſi nihil ſcripſit: libe-
ralis tamen & doctus uir multis mortalibus
ad ſtudia & litteras opem tulit. His natu mi-
nores Leonardus brunus & Ambroſius mo-
nachꝰ elegãtia & uitę dignitate p̄ſtitere. Caro-
luſ poſtea martiopinꝰ publice ꝓfitẽdo: & Pog-
giꝰ apte ꝫ dilucideqꝫ ſcribẽdo floruerũt. Bapti-
ſta ſubinꝰ albertus plurimũ certe cõtulit nr̄is
ſtudiis. Nouiſſime Donatus acciaiolus cum o-
rando: tum ſcribendo inſignis fuit. Quoſdaꝫ
uero uiuentium non patitur me referre eoruꝫ
pudor. Sed clari olim erunt. neque in poſtre-
mis numerabuntur. Hi ſane doctiſſimi ac di-
ſertiſſimi homines hanc florentem patriam
per omnem terrarum orbem fulgore ſui no-
minis illuſtrarunt. Magna enim profecto at-
que adeo maior: quaꝫ dici queat utilitas & ho-
neſtas & gloria ab eloquentibus uiris & inge-
nio: doctrinaque excellentibus redundat ĩ pa-
triam. Quare maiores noſtri mortales ſapien-
tiſſimi & erga hanc rem. p. pientiſſimi hoc bo-

narum artium gynnasium posuerunt|& offi-
ciales annuos éprimoribus urbis ac seniorib9
elegerũt: ut maiore auctoritate studia hęc no-
stra celebrarentur. Quorum exemplo littera-
rii uiri tantum sapientię munus administran-
tes ac tã grande ꝓonus uestris ceruicibus su-
stinentes decet uos odio:gratia:metu: spe ua-
cuos:omni humano affectu posthabito adiu-
uare studiosos humanitatis. Habetis autem
non exiguam facultatem:quod uictricibus ar-
mis depositis á grauioribus ꝓoneribus qescit
ciuitas:& Innocentius Pontifex in sacros ui-
ros ad nostrum sapientię studium concessit ð-
cimas. Neque putetis aliquem professorum ę-
gre laturũ:quod alicui écollegio tribueritis.
Ea enĩ beniuolentia mutua inter nos sumus:
ut alter alteri maiores honores & ampliora p̃-
mia exoptemus. Nã siquis ex opinionũ dis-
sensionibus:quę semper erunt inter earundẽ
artium studiosos:existimat uoluntates quoq3
eorum aduersas esse:uehementer errat. Ego
enim:ut nemini unquam sum aduersatus: ita
quoq3 nunq̃ putaui aduersarium quempiam
me habere pręterquam in referenda opinio-
ne atque sententia. Qua quidẽ in re & utili9
multo fuit & gloriosius contendisse:quam õ-

nino ęmulis caruisse. Quod si fortassis nume-
ro moueamini: neq3 plures nunc sumus: qua3
sexto ab hoc anno extiterimus: neque etiam
multo usu: multaque exercitatione periti mi-
nus. Cu3 uero per omnes gentes ac nationes
magnis pręconiis celebremur: censeamurque
florentini eloquentissimi omniũ: debetis hãc
constantem & ęternam futuram famam uel
maiore numero augere: atque aliis spem prę-
bere maximorum honorum & pręmiorum.
Neque uero quisquam uestrum existimet ma-
iorem curam habendã esse artium reliquarũ
quam eloquentię. Nam cęterę facultates cer-
tos limites habent: quos ultra earum professo-
res non spatiantur. Quę enim ad conseruan-
dam: aut restituendam pertinent sanitate3 ꝓ-
curant medici. Consulti iuris: quę ad contro-
uersias componendas. At nos per omnia eua-
gantes omnium rerum scientiam temporu3:
locorum: hominumque complectimur. Nam
siquis erit: qui asserat ad nos spectare histori-
arum ac poetarum & oratorum cognitione3:
fatebor equidem in his magis assidue uersari
nostram interpretandi professionem. Sed ta-
men ĩ his ipsis explicandis multo plura & ex-
cellentiora sunt quam uideant homines no-

ſtrarum artium imperiti. Quotiens enim de cęlo ac ſtellis: de ſuperis atque inferis: de uirtutibus ac uitiis: de moderandis urbibus: deq; mille id genus cęteris ſcribũt oratores ac poetę: totiens nos oportet oratione graui & ppolita & audientiu; ſenſibus accomodata ea exponere. Que facere non ualemus ſine multa omnium doctrinarum cognitione. Verũ quęcunque res inciderit: cum a nobis ſit explicãda memoriter & prudenter & eleganter cu; quadam actionis etiam uenuſtate/quis non aliarum artium nos doctoribus anteferat? Sed nequis putet humanitate laudanda me ſtudium uelle meum nimis extollere: ut fine; dicẽdi faciam: cu; nos aſſidue laboremus pro hac egregia iuuentute ęrudienda: proque hac noſtra inſigni patria fulgore eloquentię decorãda: uos autem Ornatiſſimi Officiales adiuuare nos & poſſitis & debeatis: in eoque huius urbis primoribus & cũctis bonis: In primiſq; Laurentio medici litteratorum patrono liberaliſſimo: rem per quã gratiſſimam faciatis: uos etiam atque etiam oro & obſecro: ut maiorꝝ ueſtrorꝝ ſapientiſſimorꝝ hominũ ueſtigiis inhęrentes: conſulatis ueſtrę ac publicę dignitati: & cõmodis quoque noſtris pro meritis lucubrationum noſtrarum proſpiciatis.

PAVLI GHIACCETI VITA A BARTHOLOMAEO FONTIO EDITA.

GHiaccetam domum prçclaram olim fuisse & Ghiaccetum gentile oppidum a ghibellinis euersum & cõstans totius ualdis-euç affirmat opinio. Ea gens a guelfis ciuitate donata atque inter primores allecta Scheragium sextum incoluit. Primus in ea Recchus Torris filius popularis ciuis tertium prior creatus fuit. Cuius liberi Porcellus Mignaiusque iisdem sçpe atque aliis honoribus & iustitiç uexillatibus insigniti in administrã-da re.p. floruerunt. Mignaio Paulus natus est. Paulo Zenobius. Zenobio Paulus secundus: cuius nunc uitam describimus: & Carolus natu minor uiuus adhuc & cunctis urbanis honoribus perfunctus. His igitur claris maioribus ortus est Paulus calendis maii sub ortum solis anno a christi natali millesimo supra nonaginta ac trecentos. Qui a puero ingenue educatus & liberalibus artibus institutus adolescentiam ingressus uehementer studuit cum maiorum clientelis atque hospitiis per italiam confirmandis: tum campanis

appulisque principibus consalutandis. quibus & familię splendore & egregia corporis atq; animi indole acceptus fuit. Domum reuersus grauissimis adhęrens uiris & in administratione rei. p. pręstantissimis ordinatim cũctos ciuitatis honores obtinuit. Nam & legum fuit sanctissimus cõseruator: quod munus prĩcipibus tunc dabatur uiris. & quinqueuir mõti summam fidem: diligentiamque adhibuit. & octouiratus multos: decenuiratusque non minus perhumane quam iuste exercuit. & sortitionum pręfectus integre ac persancte eas constituit. & prior uexilliferquę iustitię maximum de se modestię: ęquitatis: prudentię specimen prębuit. Pręturas geminianam: Piscianam: Pratensem: Pistoriensem: Aretinaʒ administrauit ea moderatione & continentia: ut eorum oppidoruʒ patronus haberetur. Legationes nouem maximis de causis in grauissimis rei. p. temporibus gessit. Aetatis enim ãnum agens septimum ac trigesimum ad Nicolaum hestensem legatus multum nostrę cõtulit ciuitati: auxiliariis ab eo militibus propere contractis: primaque hyeme apęnino superato: ac genuensibus persuasis a Philippomaria desciscere: fregosis in patriam reuocatis.

Proximo anno in picenum agrum profectus adeo Iohannem principem camerini perter refecit:ut eum cum noſtro ſtipendio & militi bus defeciſſe ad hoſtes penituerit. Quartum poſt annum in aprutium & calabriam & nea polim miſſus confirmauit baronum labantis animos. Septimo ab hoc anno deſtinatus ad peruſinos:exulum ſuſpitione remota in Euge nii quarti fide continuit. Triennio poſt uene tiis cum alia multa geſſit pręclare:tuȝ illud ſa pienter & fortiter:quod eos a Philippomaria alienauit:Cremonamque dotalem urbem miſ ſis pręſidiis Franciſcoſſorzę tutatus:eius for tunam tolentino:tudertoque amiſſis inclina tam erexit:ac ſuccumbere ſocero & Eugenio non permiſit. Poſt bienniuim iterum cum ue netis icto fędere auctor fuit:ne Nicolao pice nino ſtipendium decerneretur: & triennium Sforzę imperium prorogaretur. Quę res illiꝰ mediolanenſis ducatus cauſa extitit. Anno poſt ad Eugenium romam legatus & bononi enſi ſtatui ciuilibus cędibus agitato conſuluit: & alphonſi conſiliis cum Philippomaria:pō tificeque deprehenſis:conatibus eorum pru denter obſtitit. Biennio poſt ſenenſes: ne al phonſum hosteȝ reciperent:donec ſenis fuit:

prȩsentia & auctoritate sua continuit. Proximo dehinc anno ad Nicolaum quintuꝫ nouissima legatione contendit. Vnde maximis rebus e re. p. contra Alphonsum gestis: & pro nobis pontifice inflamato: perusinis etiam cōfirmatis ad uexillatum secundum in patriam reuocatum multa prȩclare ageteꝫ & utilia ciuitati meditantem mors prȩuenit. De qua priusquam scribam: eius staturam: cultum: ingenium: mores referam. Corpore fuit gracili & excelso: colore candido: facie honesta: oculis cȩsiis: auribus mediocribus: naso ad imum deducto: ore: mentoque modico: collo tereti & erecto & per omnes ȩtatis gradus ualitudine prospera. Ad munditiem non lenocinium sese colere. barbam de more patrio radere. capillum leuiter inflectere. uestitu: calciatuque uti ad decenuiratum usqꝫ cianeo: deinde ad extremum uitȩ purpureo. In statu grauitatem: in sessione dignitatem: in gressu uirilem quandā modestiam prȩse ferre. Ingenio acri & celeri & ad omnis res apto: memoriaqꝫ firma ac tenaci traditur fuisse & liberalia studia cupidissime coluisse. Nam etiam in legationibus & ī castris & magnis rerum gerendarum molib9 quotidie legit & scripsit. Ipsi suarum epistola

rum libros attente legimus prudentissime & appositissime conscriptatum. Genus habet ĩ his dicendi temperatum & elegans: sensuꝫq; animi cõmodissime exprimit. Pronũtiabat leni quodam oris & dulci sono: iocosis leporeꝫ: seriis adhibens rebus seueritateꝫ. Pudicitię rarę fuisse constat. Ná ne puero qdem apparuit infamis libidinis ulla nota. In reliqua quoque uita cõtinẽtissime uixit ac sine ullius stupri suspicione. Ad irá natura pronior ita uincebat: ratione que animi extinguebat: ut neq; uultu: nec re: nec uerbis ullum unquam irati signuꝫ ostenderit. In ulciscendo uero puniendoq; fuit usq; ad reprehensionẽ lenissimus. Ná quotiens aliquaꝫ iniuriam accepisset: malebat obliuisci q̃ ulcisci. Inuidiam atque odiuꝫ pnitiosissimuꝫ crimen censuit: suamq; uitã benefactis ornare: nõ alienã carpere studuit: adeo ut nõ solũ detraxerit ipse nemini: sed nequideꝫ crediderit detrahenti. Ocium uiui hominis sepulchrũ dicere: matremq; omnium libidinuꝫ appellare: affirmans laudem summo labore quęri & studio ac diligentia custodiri. Auaritia q̨dem omni morbo insanię grauiore nulluꝫ uitium tetrius: pręsertiꝫ rem. p. gubernantibus affirmabat. Venalẽ. n. habere ciuitatẽ nõ turpe

modo sed ēt sceleratū putās atq; īmane: nulla maiore labe crebrius corruisse urbes asseuera bat. Neque hoc tm̄ p̄sępe dixit: sed pręstitit. Nā cū facile ac sine īuidia multoꝝ exēplo di tior esse posset: cōtentus uixit maioꝝ suoꝝ uil lis & supellectili elegātię uix priuatę: toroque modice strato & paucis seruis. Neq; uero ulli quęstui: mercaturę ue ulli studuit: ut sordidę & indignę senatorio uiro. Sup̄biā ualde odit pu blicis ac priuatis rebus p̄nitiosā; nihil minus ciui optimo & patrię amantissimo conuenire dictitans: q̄ plus ęquo cęteris uelle excellere & ciuium ęqualitatē dirimere. Assentatores ad eoꝝ uoluntatē loquētes: q̄bus gratificari se ar bitrentur: uelut animi pestem a se arcebat: ni hil ęque facile mentē corrūpere & blādiore di cens ferire uulnere. Quę uero pręstare neque ant ostentantes cōtēnebat ut leues homines & inanes. Dissimulatoꝝ ingenia nō libera: nō simplicia: non aperta: semp̄ ad decipiendū pa rata lōge magis q̄ uiperas fugiebat. Morosos aūt & in cōgressu: cōsuetudineq; difficiles: ut hominū cętui paꝝ cōmodos īprobauit. Itaq; comis ipse ac p̄urbanus tāta ubiq; fuit huma nitate: ut oīu; haberetur cōmunis parens. Pa tere ad eū cunctis ēt infimis aditus. Benigne

oēs appellare. Patienter attenteq3 audire. Ti
midos ultro ad dicendū īuitare. Humane om
nibus respondere. semp plus aliqd prestare: q̄
promittere. In amicis uero tuendis atq3 ornā
dis pro cuiusq3 uirtute ac meritis cōstantissim9
fuit: neq3 ueteribus unq̄ nouos anteposuit ad
omnes eorum cōmoditatem semper facilis & p
cliuis. Vtebatur aūt intime Leonardo bruno:
qui temporibus illis principatū tenuit eloquē
tie: & Cosmo medice: qui cum uixit a condisci
pulatu coniunctissime. Beneficentia & libera
litate in omne genus hominum tanta fuit: ut
neq3 pecuniis: neq3 opera: neq3 industria cuiq̄
egenti unq̄ defuerit. Facultatibus quidem suis
in filiarum collocationibus opem amicis tulit: &
īquerēda: augendaq3 re opitulatus est multis:
& ab hostibus captos interdum redemit. quin
etiam hostes ipsos quandoq3 adiuuit. Carolum
enim douadolensem a tirliensibus captum &
in stinchas coniectum e principatu in tantam
calamitatem corruisse: ut etiam necessaria de
ficerent: miseratus: multos annos dū uixit su
is opibus sustentauit. Illud uero eius pisciani
pretoris non sagax fuit minus quam liberale
magnificumq3 consilium: cum Francisco sfor
za pisciam obsidente tantam rerum omnis ge

neris copiam non ei modo:sed prętorio cuncto:principiisque transmisit:ut cum metu longioris obsidionis:tum Pauli largitione compulsus propere uasis conclamatis discesserit. Sed illud in arretina prętura longe fuit callidius et rei.p.nostrę multo salubrius:cum confictas ad Neriū caponum et Bernardettum medicem legatos castrorum litteras de prelio tātisper dum maiores adessent copię extrahendo:homini certo et percallido tradidit: eūq; per ea loca iter facere monuit:quib9 ab hoste facile caperetur. Breuiore autem ac tutiore itinere consilium suum legatis significauit:arbitrari se hostem scribens castris castra subito collaturum:magnoque nostros impetu inuasurum. Quare instructum exercitum haberent:tribunisque rem et centurionibus aperirent. Nec eius consilium frustra fuit. Nicolaus enī piceninus litteris interceptis:scribentis etiam manu et signo cognitis:tanti uiri auctoritate permotus: ne sibi mox esset cum ualidiore exercitu decernendum : iniquo loco ac tpe cū magna suoꝝ strage manū cōseruit. Quo ī cōflictu āglariēsi animi quoq; ei9 apparuit magnitudo. Cum enim fauentię princeps

Astur ad se captiuus:ut eum securi percute-
ret:missus esset:&si hostez e medio tollere ui
debat fore utile ciuitati:obstitit tamē supioris
imperio magistratus ostendens crudelez eius
mortem atque immanem nullā habere speci
em honestatis. Cum his liberalitatis:pruden-
tię:fortitudinisque uirtutibus tantam coniun
xit fidem & ęquitatem:ut ei multi salutem su
am:fortunas:liberosque commiserint:omnis
q3 ab eo semper abfuerit fraudis īiurięque su
spicio. Suis enim contentus rebus: alienis pu
blicisque abstinuit : nullique etiam lacessitus
uim unquam intulit:illatamque aliis quotiens
potuit propulsauit : neque ulla cupiditate im-
periorum ab ęquitatis itinere deuiauit.

In honoribus etenim expetendis unus omni
um fuit modestia singulari. Nanque ab urbe
condita ad hanc diem pręter eum:qui uexilla
tum iustitię recusarit:habemus neminem.

Anno eniz post mille quadringentos octauo
atque uigesimo quarto calendas septembres
sortito creatus & e uilla Pelaga frequentibus
apparitoribus accersitus:propere florentiam
reuersus populo subsequente contendit in cu
riam. Ibi minore ętate excusata : & omnibus
reclamantibus ea ex patris ephimeride ōmō

ſtrata contra legem: quã nonnulli ante ſe ta
men ambitioſe neglexerant: uexillifer eſſe re
nuit Zenobio arnolfo ſuffecto ſibi. O magna
nimum uiꝶ & ex recuſato ſupremo honore
magis quam ex optime geſto omni laude me
moriaque digniſſimum. Sed quoniam in ma-
giſtratibus & imperiis qualis fuerit diximus:
& corporis & ingenii dotes animique uirtu-
tes ſummatim expreſſimus: interiorem eius
uitam paucis perſtringemus. Matrem Fran-
ciſcam Iacobi ſchofalotti prȩclari equitis au
ſtrii filiam puer amiſit: patrem uero primum
& uigeſimum annum agens. Viuis utriſque
cum officia omnia prȩſtitiſſet: etiã defunctis
magnos ſemper honores attribuit. Vxorem
duxit Titam acciaiolam primariam feminã.
Ex qua Zenobium ſecundum genuit patrem
Pauli tertii & Franciſci. Ex Carolo fratre An
tonium ac Bernardũ nepotes uidit. Ordinẽ
hunc uitȩ ubique tenuit. Cibi modici ac facilis
uinique parciſſimus erat: menſa non ad luxũ:
ſed ad neceſſitatem paruo artificio ſtructa &
ſplendida. Super cȩnam cum familiaribus &
amicis multa perſȩpe grauiter: interdum ioco
ſe tranſigere. Inde ſe in lucubrationem ad
multam noctem uel legendo uel ſcribendo re

cipere. Post in lecto: cum plurimum: septē horas dormitare. Experrectus si maiora nō urgerent: historię maxime aut philosophię incūbere. Mane in templo sacris assistere. His fūctus in foro & curia peragenda omnia expedire. In summum uero deum religiosissimus minores diuos nunquaꝫ contemptui habuit. christianas cerimonias reuerētissime coluit. somnia: sortes: diuinationes: auguriaque neglexit. matutinus uespertinusque diuinum officium semper dixit. Indicta ieiunia uel in castris: peregrinationibusque seruauit. Pro qua quidem in Deum religione: pietate in patriā: amore in suos: beniuolētia ī alios: charitate ī omnes cunctis hominibus: summis: mediocribus: infimis gratiosus & a suis est ciuibus magnis honoribus insignitus & a multis italię ciuitatibus: pręstantissimisque principibus. Neque uero tanta imperia unquaꝫ gessit: tantas provincias ministrauit: ut non dignior sēper longe maioribus haberetur. Nunquam ei defuit in difficillimis rebus consilium. nunquaꝫ in dubiis atque asperis animus. Fuit prudentissimus consulendo. Fuit strenuissimus in agendo. Verum ei cuꝫ tam honesta: tam iusta: tam constans: tam laudabilis uita fuerit: exi-

tus quoque fuit gloriosissimus. In patriam .n. ad secundum uexillatum iustitię reuocatus: cum uideret in sortiendo exortam inter ciues dissensionem: summopere laborauit conten-tione deposita spectarent publicę rei tranquil litatem. Quod cum nulla ratione plerisque se ditiosis persuadēret: maluit maximo magistra tu carere: quam pręsentem statum rei.p. agi-tare. Itaque Nicolao iunio secundum iustitię uexillifero in febrem cum pestilenti romano cęlo: tum itineris lassitudine: contractam inci dit. Quę post quartam diem cuꝫ inualesceret: assumptis christianis sacramentis a Iohanne caprestano religiosissimo uiro mandauit suis in diui Francisci habitu atque ęde extra mini atam portam sepeliri: nullaque pompa: nullis maiorum imaginibus: nullis funebribus orna mentis aut publicis aut gentilibus insigniri. Totidem post dies cum uitę finem adesse co-gnosceret: in lecticulam transgressus: ubi se medium locauit inter amicos: post multū ser monem grauiter habitum de re.p. tandem ī-quit. Equideꝫ ad meliora uocari me sentio: di scedoque a uobis non inuitus: quoniam ita & Deus uult & iam naturę satisfeci. Sed anniti-mini quęso hanc florentissimam patriam om

nibus animorum affectibus custodire. Te quidem Cosme quanto plus cęteris potes & prudentior es: tanto decet magis communi omnium utilitati consulere. Quęꝫ ego te per hãc dexteram oro obtestorque: ut amoris & fidei nostrę memor hanc domum & familiam tueare. Quę ut meis admonitis & pręceptis te posterosque tuos amabit unice: ita & tu discedẽs mandato tuis: mutua charitate ament liberos meos. Hęc ubi dixit amicis collachrimantibꝰ in lectum reuersus postpaulo feliciter expirauit xvii. cal. iulias anno ętatis nono & quinquagesimo. Postridie corpus eius in ędem cruciã honoris causa cunctis ciuitatis ordinibus subsequentibus elatum est. Perendie fratres obseruantię: uti uiuus mandauerat: multitudine comitante extra urbem translatum parentalibus perfectis: quod alii nemini ad nostram ętateꝫ contigit: in templo medio humauerũt. Laudauit eum e suggestu infunere ante ędes Christophorus eiusdem sectę uir optimus & Prędicator clarissimus. Senatus non quoniaꝫ in octouiratu obierit: sed eius integritate meritisqꝫ cõmotus in ornando funere eo studio progressus est: ut cũcta ciuitatis insignia: nisi testamento aperto prohibitus esset: decerne-

f

ret. Populus uniuersus ut patrem luxit. In sũ-
mo publico mẹrore peregrini quoque omnes
circulatim per urbem lamentati sunt. E sub-
urbiis agroque per multos dies eius bustũ fre
quentatuꝫ est non sine admiratione uisentiũ.
Italiẹ totius prĩcipes ac res publicẹ: in primis
qꝫ Nicolaus quintus maximus pontifex audi
ta eius morte condoluere. Et mirabitur aliqs
cum omnis ẹtas: omnis sexus: omnis ciuitas:
omnis ager: omnis denique italia tam benefi
ci: tam prudẽtis: tam magnanimi: tam de om
ni hominum genere optime meriti uitam di-
lexerit: morteꝫ defleuerit: memoriã coluerit:
si ipse quoque sanctissimis eius moribus: prẹ-
clarissimis rebus gestis permot9 hẹc breuiter
fideliterque descripserim non alicuius gratiã
beniuolentiamque sed ueritateꝫ secutus ea tã
tum mandando litteris: quẹ aut ipse accuratis
sime scripta legerim: aut a senioribus uiris: ꝓ
batissimis ciuibus laudatissimisque acceperiꝫ:
ne Pauli ghiacceti tam sancti uiri memoria ẹ
uo longiore intercid̃ret: eiusque exemplo ani
mi permouerentur nostroꝝ ciuium ad bene
de re. p. promerendum & immortalem glori
am consequendam.

Bartholomęi fontii Donatus ad Iulianum Medicem Petri. F.

INutile non fuerit ſcripſiſſe tibi Iuliane Medices quę de pęnitentia mihi a Donato Acciaiolo narrata ſunt. Cognoſces enim ex his & quid noſtras perferat animas ad ſalutem: & quanto in dies uir ille magis atque magis colendus ſit. quo noſtra non habet ciuitas nec fide meliorem: nec iuſtiorem. Cuius equidez optimis ac ſuauiſſimis moribus ita afficior: ita ingenio & facundia teneor: ut ſecuz quotiens eſſe liceat: uere mihi uiuere tunc uideàr. Adhortando etenim & monendo & cõtinue aliquid edocẽdo: me ſemper excitat ad uirtutez. Quod cum ſępe alias: tum heſterno eius ſermone contigit. Nam ad eum matutinus cum acceſſiſſem: quod celeberrima hac die: qua Chriſtus pro nobis paſſus eſt: ad me Fonti ueneris inquit miror: cum ſit potius domi pęnitenter lugendum: q̃ ullum uetus ſtudium recolendum. Cui ego. Ob id ipſuz ueni: ut ex te diſcam agere pęnitentiam. Tunc ille rez profecto utilem & honeſtam: ſed mihi laborioſam & difficilem quęris. De qua tamen equidem loquerer: niſi caſum uererer: ſi tantuz ho

nus ceruicibus meis imponerem. Prestat aūt res egregias non attingere: quam postquam ceperis pro earuz magnitudine parum loqui. Ad hec ego. Mihi quidem persuadeo te pro tuo excellenti ac pene diuino ingenio ō ea copiosissime & elegantissime locuturuz. Quare te oro tanta de re: que sentis: hodierna die dicere: ne grauere: qua iure ac merito penitentia agitur: & fructus legunt uberes penitentes. Hic ille Tametsi grata mihi est laudatio tua īquit: de me tamen apud me parcius. Quaz. n. copiam mihi elegantiamque attribuis: in me esse non agnosco. Dicam tamen: ut petis: non quia sperem oratione mea equare tante uirtutis uires: sed ne me aut hunc laborem effugere: aut tibi minus obseq uelle putes. Verū ātequam eam narrare aggrediar: pauca de eius contrario referam: ut inde tibi lucidius innotescat. Nam cum contrariuz ex contrario demōstretur: ipsa uero aduersa sit peccato: quātum de eo mali predixero: tantum contra boni de penitentia demonstraro. Tantum autez peccatum inter & penitudinem distat: quantū inter bonum & malum. Quid autem maius ē malum: quam peccatum committere? Quid maius bonum: quam agere penitentiaz pro cō

misso. Quicquid uero scienter per nefas fit: & si id uarium atque multiplex esse potest: peccatũ ab omnibus nuncupatur. Cuius duo sũt genera. Venialia quę rugã quandam uel maculam nobis ingerunt: non ita tamen: ut ęterna beatitudine secludamur. (Pro his enim a deo uenia facile impetratur. Vnde quoq; uocabulum sunt sortita.) & mortalia ex eo dicta: quod animę mortem inducunt: nõ eã: quę interitus est & finis: (nunquam est enim anima defectura) sed: quę nihil aliud est quã separatio a deo. Nam siquis mortalibus peccatis obnoxius hac uita impęnitens cesserit: ęternas proculdubio pęnas luet. Qui enim sunt eiusmodi: ait Apostolus: regnum dei non possidebunt: & peccata separant me a uobis: dixit etiam dominus per prophetam. Cum uero ęternę damnationis causam peccata fore: ostensum sit: facilius erit afferere: quę mihi de pęnitentia sunt dicenda. Sed ĩ primis quid ea & qualis sit: Deinde quam necessaria atque utilis: Quam pręstans ultimo sit: ostendam. Est autem pro ppetrato facinore dolor uehemẽs cum certo proposito non peccandi: beneque semper agendi. Quod quidem ita esse uis ipsa dictionis declarat. Quid enim significat a-

liud pęnitere: quam pęnā tenere: ut in se uin-
dicādo puniat: quod peccando commisit? Pę
na autem proprie lęsio dicitur in se puniens:
quod doleat admisisse. Verum quisquis erra
torum dolore hoc afficitur: non solum pro q
bus dolendum sit: in posterū non committet:
sed ut nouis meritis aliquam maiorem gratiā
consequatur: recte quoq3 etiam semper aget.
Quę tamen quomodo a quibusdam aliis sit ꝺ
scripta: & cuiusmodi esse debeat: non me prę
terit. Nam si quę ꝺbet fuerit pęnitudo: omnis
eas profecto partis: quas illi compunctionis:
cōfessionis: satisfactiōis: charitatis attribuūt:
continebit. Quanquam etiam interdum: si a-
ut sacerdos: aut unde restituatur ablatum de-
sit: ea recte quidem fieri possit. Deus enim nō
labiorum: aut manuum opera: si nō possum9:
sed solam uoluntatem requirit. In iudicio nā-
que cordis & ītentione affectionis & mentis:
quę uera pęnitentia est: cōsistit. Tunc ego. qd
ueram dicis? an ne ulla pęnitentia est non ue-
ra? Sane inquit. Nam aut amore fit aut metu:
aut ostentatione. Sed omnium longe deterri
mi sunt: ut aliis sanctissimi uideantur: pęniten
tiam simulantes. Hi enim ut: a quorum offici
o longe distant: boni uiri existimentur: clara

oratione uerba sua in templo pronuntiant: de
tecta capita nunc deprimunt: nunc attollunt:
modo pectus & labia quatiunt: ut sub hac uir
tutis specie decipere facilius omnis queant.
Verum enimuero non est hęc pęnitentia: sed
fallacia quędaʒ ad homines capiendos & dei
contemptio nuncupanda. Non enim talis al-
ludens toga: non barba promissa: non capilli
supercilio breuiores: non deiecti ad terram o
culi: non fictę lachrimę: non ora arte pallenti
a: sed cordis simplicitas: animique sinceritas
ueram pęnitentiam pręstant. Altera uero quę
metu fit: ut nunquam obesse: sic interduʒ quo
que prodesse potest. Nam si temporis inter-
uallo timor ab amore perficitur: in amorē de
mum conuertitur. Sed si dilectio tandem ali-
quando foras non emittit timoreʒ: inanis est
ac sterilis & ieiuna. Nam quę solum a timore
procedit: nulla fide: spe: charitate munitur.
Quare neque conscientam purgat: neque cri
mina diluit: neque ueniaʒ ullam consequitur.
Quos eniʒ formidine pęnę peccasse pęnitet:
si metus suppliciorum deserat: statim ad cri-
mina reuertuntur. Quis uero in eo amor est:
quę fides: quę charitas: quę religio: qui id: cu-
ius pęnitet: ageret: nisi eum pericula deterre-

rent? Tertia per quam optima illa est: quę diuinę uirtutis amore: multo studio & affectu: pura mentis intentione perficitur. Hęc enim maxima fide: spe: charitate procedens & dei gratiam & ęternam beatitatem consequitur. Non ergo ostentatione: aut metu: sed charitate & amore uera pęnitentia agi debet: non in luxu & epulis: non in mollitie ac plumis: sed crebris ieiuniis & erratorum lachrimis & querelis. Quid enim uult illa mętens in euāgelio mulier: quę osculata est pedes christi: lachrimis lauit: capillis abstersit: unguento perunxit? Quid inquam uult illa pęnitens in euangelio mulier: nisi cunctis ostendere: summa cum charitate: cum uera cordis compunctione: cum rerum omnium terrenarum contemptione: cum uerę conuersionis odore pęnitentiam agi debere? Oscula nanque beniuolentię infulas: amoris insignia: charitatis uexilla ostendunt. Lachrimę cordis: & mentis conuersionem erratorum dolorem aperiunt. Capilli fastum se ponere: terrenas dignitates contemnere: ad terram orantes docent procumbere. Vnguentum uerę conuersionis odorem exprimens: omnes admonet non peccati fętorem: sed charitatis & fidei: uerę

que pietatis odores fragrãtissimos redolere. Cum gemitu ergo & lachrimis: simplicitate-que cordis humilitateque mentis: ac uera peccatorum confessione & ablati restitutione ad deum: si non ad homines possumus: uera pęnitentia est agenda. Ad quam uocat nos non uiolenter adurgens deus: non uirgis fustibus q; coercens: sed multis blanditiis & amore. Ac siquos nouerit grauius ęgrotantes: ut medici solent optimi: rigorem temperans medicinę: non ardua neque arta: sed molli ac facili obseruantia nos reuocat ad salutem. Quę uero difficultas est peccata deflere: deumque suppliciter: ut concedat roganti ueniam: deprecari? Virtutes cęterę longo temporum interuallo: multo labore ac studio: comparãtur. Nam qui semel aut iterum fortitudinis signũ ediderit: non propterea fortis dicitur: non qui iustitię iustus: non qui modestię uel prudentię modestus & prudens. At qui uere semel cõuersus fuerit: uere quoque pęnitens appellatur. Nanque hic non exterior actus ullus: sed uoluntas sola requiritur. Ad hanc agendã nobilitate: diuitiis: opibus: cognatis: amicis affinitatibus: clientelis: patronis: aduocatis: iudicibus non egemus. Non enim a diuite pau

per:imbecillus a ualido:ignotus anobili supe
ratur. Ea nanque omnibus ad se euntibus ę-
que patet: quantumque de se quisque capere
uelit: tantum libenter permittit. Vero procul
autē aberrant homines: qui cum in hoc ma-
ri magno & procelloso: in quo semper incer
ti sunt exitus: agitentur: non iugiter: sed per
longa temporum interualla pęnitentiam a-
gunt: cum presertim tempestas multos prius:
quam exoriri uideatur: absorbeat. Ex quo re-
media conuersionis ad deum nullis putamus
dilationibus extrahenda: ne tempus correc-
tionis prętereat. Nam deus qui pęnitenti ue
niam pollicetur: dilationem temporis non p-
mittit. Quin immo nulla alia re tantum offen
ditur: quam si cum deliquerimus: superbia-
mus: & elati ac rigidi ad petendam ueniam
non flectamur. Nemo igitur pęnitendi tem
pus expectet: quando amplius peccare non
potest: sed quęrat arbitrii libertatem: ut com-
missa doleat non necessitate: sed uoluntate.
Metuendum est enim: ne cum quis tunc mi-
sericordiam quęrit: quando amplius ętatis be
neficio peccare nequit: cuē non id libere: sed
necessario faciat: in iustitiam iudicis iusti ca-
dat. Licet enim clęmentissimus dominus ad

pęnitentiam cõfugientes comiter & benigne suscipiat: nos tamen eius misericordia freti: donec uiget ętas: non debemus cupiditatibus inseruire: nec augere peccata peccatis: ut eorum postmodum in exacta canitie nos pęniteat. Nam non senes omnes: sed diuersis ętatibus moriemur. In qua uero reuocabimur: iusto domino rationem reddemus. Quid autem tam incertum est: quam mortis horam cognoscere: cum mane sciat nemo se usque ad uesperam spiraturum? Quales itaque in ultimam illam diem uenire uolumus: tales nũc esse contendamus: finemque ab exordio metiamur. Licet enim etiam is: qui toto uitę tempore male uixerit: a deo ueniaȝ possit in mortis articulo promereri: perraro tamen id solet & difficulter contingere. quoniam ex multis hominum milibus: qui semper male uixerunt: bonum uix unus exitum consequetur. Nam uir totus ĩ peccatis genitus & nutritus: qui nunquam factorem suum recognouit: boni nihil egit: quem morbus urget: conscientia torquet: quam acceptam deo pęnitentiam faciet: quam fortassis etiam non fecisset: si posse amplius uiuere credidisset? cum pręsertim perspectum sit plerosque accepta in mortis

discrimine pęnitentia: deteriores postmoduꝫ euasisse. Longe itaque tutius est: cum quid admissum fuerit: eam confestim agere: quam de die in diem prolatando tempus ultimum expectare. Vt enim facilius recentes morbi curantur: si adhibita fuerit medicina: sic & scelera quanto recentiora sunt: tanto facilius expiantur. Non tamen id a me propterea dictũ putes: quod circa finem saluari posse. dubitẽ: pęnitentes. Sed ne cum ad exitum differtur sperata conuersio: prius nos quam illa nobis subueniat: moriamur. Deus enim: qui: ut ipse ait: misericordiam non sacrificium quęrit: pęnitentiam nunquam spernit: si ei simpliciter offeratur. Nam siquis etiam ad summum fastigium malorum ascenderit: indeque reuerti uelit ad salutis uiam: eum libentissime suscipit: facitque omnia: quo eum ad priorem statuꝫ reducat. Neque uero in christianis initia: sed exitus requiruntur: cum & apostolus Paulus in uas electionis de persecutore mutatus: & bonum Iudę initium ad tristem exitum sit perductus: & cum babyloniuꝫ regem constet post cordis & corporis efferationem pristinam mentem recuperasse: & latronem quoque crucem paradiso commutasse. Itaque nũ

quam erit sera conuersio: cum quacunque hora quis ĩgemuerit & conuersus fuerit: uita uiuet. Non enim accedenti ad se impio benignus & misericors deus exacti longitudinem temporis: sed solam cordis humilitatem & interiores lachrimas quęrit. Mox ubi procumbentem sibi conspicit: cunctas iniquitates remittit: delicta omnia cogitationum atque operum donat: prioremque stolam afferri & anulum dexterę reddi iubet: mandans angelis omnibus gaudium & lętitiam pro inuentione animę peccatricis. O quaꝫ beati igitur omnes sumus: qui tam mitem dominum: pium: misericordem: magnanimumque habemus. Quare eum precantes dum tempus est: lachrimas utiles effundamus: ne hinc discedentes apud inferos inutiliter defleamus. Non enim miserorum tunc uoces: non preces: nõ gemitus audiētur. Expergiscamur dum tempus est: & ecce nunc tempus acceptum: ecce nunc dies salutis. Habeamus prę oculis geennę perpetuos cruciatus: & hęc tempora illis cum temporibus comparemus. Velimus breui deflere: ut perpetuo gaudeamus. Cupiditatum flammas pęnitentia sedemus: ut ęternos ignes effugiamus. His enim qui modo pęnitentes la-

chrimas fundunt: uerax ille domini sermo cõ
ueniet. Beati qui lugetis nunc: quoniam illic
ridebitis. Nemo uero potest in hoc & in futu
ro sęculo delectari. Necesse est ei unum respu
ere: qui alterum uoluerit possidere. Breuis est
autem pręsens hęc uita: etiam si annorum mi
lia uixerimus ad ęternitatem collata. Quid e
nim tam breue: tam artum est: quam uel lon-
gissimũ spatiuꝫ nostrę uitę? Quid quęso nunc
opes & delitię prosunt iis: qui semper in ma-
lis uoluptatibus: cupidinibusque uixerunt? In
tuere monumenta eorum & diligentius inspi
ce: siqua in eis iactantię suę cernas uestigia: si
qua delitiarum uel luxurię signa. Non ergo
fragilibus & caducis uel corporis uel fortunę
bonis: sed: quę uirtutes omnis exuperat: perfe
ctę pęnitentię lachrimis oblectemur. Quam
ut facilius agere: & regnum dei quęrere uale-
as: spectandus tibi semper deus est: & contẽp
tis rebus terrenis omnibus: quę fluxę ac labi-
les sunt: toto animo ad cęlestia incumben-
dum: neque magnopere de uita curandum:
sed ultro illi proueritate: quę deus est: aut pro
deo: cum necessitas postulet: occurrendum.
Seruanda quoque ĩ primis dei mandata sũt.
Qui enim spernit me inquit: & non accipit ṽ

ba mea: habet qui iudicet eum. Quis autem
magis accipit uerba eius: quã is: qui se cor-
rigit & emendat? Hoc est enim uerum & p-
prium uerbum eius: ut quoniam non interdũ
peccare non possumus: cum lapsi fuerimus: e
rigamur: nosque ipsos a culpa reuocemus.
Quod ut facilius factu sit: deligendi tibi sunt
ex presentibus aliqui probatissimi uiri: quorũ
spectatos mores & uitam integerrimam con
specteris. Eorum nanque admonitionibus mul
tum disces: multum eis imitandis proficies.
Qui si desunt: contende: ut eorum euadas si-
milis: qui de se posteris excellentem uirtutis
ac probitatis memoriam reliquerunt. Legen
da uero in primis sacra scriptura est. Non e-
nim recte intelligi: quod non recte queritur: ũ
quam potest. non autem recte queritur: quod
siue diuinarum litterarum fulgore queritur.
Sũt autẽ de uitiis: de uirtutibus: de officiis: d
contemnenda morte: de pena: de premio: de
deo: cęterisque similibus plures sacri cõscrip-
ti libri. Verum sunt quidam ita peruersis mo
ribus: ut nihil audire: nihil legere: nihil proba
re uelint: nisi quod aures blandiore sono per
mulceat. Quibus iure dicetur a domino ulti-
ma illa die. Discedite a me omnes: qui christi

ani fuistis:& sacras litteras legere neglexistis. Sed quanquam diuinę scripturę nudę ac simplices esse debent: ut omnes aperte intelligant: quę ad omnium salutem scribũtur: quosdam tamen habemus: quorum neque sermo incultus: neque incompta oratio est. Nam: ut reliquos taceam: quid ab Hieronymo: Augustino: Ambrosio & christianoruꝫ disertissimo Lactantio scribitur: in quo aut maiorem elegantiam desideremus: aut ampliorem copiaꝫ expetamus: Hos itaque assidue legas. his incumbas. hi tibi familiares sint. hos tibi proponas ad imitandum. Sicut enim sol exoriens radiis suis splendorem inducens tenebras & caliginem fugat: sic sanctorum uirorum eruditio & doctrina: cuncta nubila mentis expellens: sui studiosos ad uere beatam perducit uitam. Sed ut eo reuertar: unde paulum me auerteram: ut quid tibi agendum esset: fideliter emonerem: iam tempus est: ut quod me secundo loco dicturum promiseram: breui exoluam. Nam cum satis superque quid pęnitentia sit: dixerimus: ac qualis & quam facilis factus sit: quo ue modo & tempore agi debeat ostenderimus: nunc breuibus

breuibus causam exponemus: cur eam magis necessariam quam uirtutes reliquas iudicemus. Cum humanę naturę imbecillitas tanta sit: ut persępe carnis uitio delinquamus: uitamque sine peccato traducere etiam uirtuti studentes non ualeamus: quantumlibet autem quisque peccauerit: minimum licet: pręstandum sit: non id argento: non auro: neque gēmis: sed est pęnitentia dissoluendum. Nanq3 aspersę delictorum sordibus nostrę animę cum non nisi detersę sint: saluari queant: detergi uero non nisi per eā possint: cuius lachrimis: ut ignis aqua extinguitur: ita quoque crimina diluuntur: profecto nulla alia re cum ceciderint animę eriguntur. Diluere autem illam cūctas maculas his uerbis diuina ueritas comprobat. Si pęnitentiam egerit frater tuus: dimitte illi: & si septies in die peccauerit in te: & septies in die conuersus fuerit ad te dicens: Pęnitet me: dimitte illi. Et alibi etiam idem asserit per Prophetam. Cum conuersus ingemueris: tunc saluus eris. Rursusque per Ezechielem. Impietas impii non nocebit ei inquacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Quę quidem uerba nihil aliud exprimunt: nisi quancunque scelerum multitudinem: magnitudi-

nemque extinguere illam posse. Nam siquis erratorum suorum rationem subducat: commissa doleat: profiteatur iniquitates suas: ueniam suppliciter petat: errorem emendet: culpam corrigat: omnia statim debita remittuntur. Tunc enim cęli pulsat hostia pęnitentia: & statim cęlestis aula panditur. ueniam ad deum rogat: & manu ampla & liberali porrigitur. Ait quidem rex optimus maximus omnium nostrum redemptor ac sator christus. Petite: & dabitur uobis: quęrite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Omnis enim: qui petit: accipit: & qui quęrit: inuenit: & pulsanti aperietur. Ita si ad eum tota mente conuersi fuerint pęnitētes: ad eos ipse mutuo cōuertetur. Non enim ueni inquit uocare iustos: sed peccatores ad pęnitentiam. Et uenite ad me omnes: qui laboratis & onerati estis & ego reficiam uos: & conuertimini ad me: & ego ad uos conuertar: & eum qui uenit ad me: non eiiciā foras. Si ergo pollicitus sum: me ostensurum causā: cur pęnitentia sit maxime omnium necessaria: idque aperte ostendi: quoniam sine illa nemo queat saluari. postquam deliquerit: Omnis autem quotidie delinquere: planum sit: cum scriptura dicat: quod nemo mundus

a peccato: nec unius diei infans: profecto nulli dubium uideri debet: nihil ea esse presentius ad salutem. Sed his breuiter absolutis: nunc quoque paucis eam ceteris utiliorem uirtutibus ostendemus. Nanque omnium utillima ea esse uirtus censenda est: que humano generi maiores fructus producit. Sed qui queso uberiores: aut ampliores sunt: quam qui nos perferunt ad salutem? Salutis autem causam penitentiam esse siquis forsan minus crediderit: audiat nobis per eam regnum celeste a domino polliceri. Penitentiam inquit agite. appropinquabit enim regnum celorum. Quod & Baptista enuntiat dicens. Facite fructus penitentie dignos: quia ecce adest regnũ dei. Quare magna & incredibilis & ultra q̃ animo & cogitatione: nedum uerbis comprendi possit utilitas eius est. Ad quã quidẽ nos sũmus ille omniũ ꝓphetarum ad epulas tãq̃ inuitat: adhortans ut ploremus coram dño: q nos fecit: suas sibi lachrimas: panes die ac nocte fuisse dicẽs: & eas ĩ cõspectu dñi posuisse. nihil aliud uere exprimens: nisi deũ eius penitentiã suscepisse: p quã post amissũ flagitiũ iterum scõ spu ẽ afflatus. Per hãc manases: q cũctos tyrãnos ĩmanitate scelerum superarat: cultũq3 diuine reli

gionis & obseruātiā legis euerterat: post tam cruenta facinora inter amicos dei connumeratur. Sed quid ego te exemplis moror: qui si uelim filium prodigum: & fornicariam mulierem: & populosam Niniuen: & summum illū clauigerum Petrum: & innumeros alios recēsere: quos pęnitētia saluos fecit: prius me uox latera: dies: quam exempla deficient. Cū igitur ex his: quę uidimus: animarum salutis causa pęnitentia sit: qua nihil melius: nihil optatius: nihil felicius reperitur: ea profecto sine ullius cōtrouersia omni alia uirtute iudicatur utilior. Sed iam: quod nos ultimo loco referaturos promisimus: cęteris eam uirtutibus pręstare aperiamus. Illa mihi quidem uirtus uidetur sublimior: quę sicui īest: reliquę quoq; oēs in eo insunt. Vt enī totū hoīs corpus pręstātius ē: q̄ separatim caput: humeri: pectus: manus: sic ea cunctis pręstabit uirtus: cui uirtutes cęttere cōiunguntur. At sicui principatus huiusmodi demandabitur: proculdubio pęnitētię tribuetur. Nam simulac eā in homine collocaris: statim uirtutes reliquę subsequuntur. Inest qppe iustitia pęnitēti: q seruat unicuiq; qđ suū ē. Nō. n. p ppetrato facinore solū dolet: sed cunctas animo uirtutes complectitur.

Secus eniꝫ qua pęna afficeretur: si in ipsa pec catorum ulctione rursus mente atque animo ad iniustitiam laberetur. Eodem quoque mo do inest uera prudentia pęnitenti: quod pręte ritorum recordatione nihil pręter rectuꝫ uult uel facit: ne in ulluꝫ deflendum uitium rursus recidat. Temperantiam quoque habet: quod nihil pęnitendum appetit: nulla in re legē mo derationis excedit: iugoque rationis cupidita tem submittit. Fortitudineꝫ etiaꝫ pręse gerit: quod pręstat magnanimitatem: constantiam: tolerantiam: firmitatem. Non enim ad turpe aliquod facinus exequenduꝫ ui ulla potest cō pelli: nullorum hominum sęuissimorum trucu lentia deterreri: non ferro: non igni: non acu leo: non tormentis: non fame: non siti: nulla carnis ęgritudine a recte agendi proposito di moueri. Pęnitentia igitur cum: ut uidimus: uir tutes omnis contineat: tantum pręstabit cęte ris: quantum simul omnes uni soli uirtuti pręstant. Sed postquam quę me tibi dicturum re cepi: pro tempore satis cumulate sum execu tus: faciam quod liberales uenditores solent: qui semper aliquid ad iustam mensuram adii ciunt. Verum ita multa dicenda ultro occur runt: ut mihi sane difficilius sit: reiicere quod

ſe offert: quam quid dicam reperire. Neq; ue ro quicquid occurrit animo loqui licet: ne ut nimia profuſionis copia: ſic oratio longior eui leſcat. Percurram itaque breuibus laudes ei9. quę quoniam tales ac tantę ſunt: ut uerbis cō ſequi nullo modo poſſint: cum omniu; lauda torum eloquentiam antecellant: militum mo re: qui prędā agentes: honeroſiora relinquūt: multis: quę de pęnitentia dici poterant: conſul to pretermiſſis: ea tantum: quę mihi faciliora duxeri;: recenſebo. Quicunque alii homines aut in ocio: aut ī negocio magna cu; laude uer ſati ſunt: aliquod iniunctum uirtutibus uitium habuerunt: Ita ut recte Flacci ſententia opti mus exiſtimari potuerit is: qui minimis urge retur: Solus uere pęnitens omnium uirtutum inſignibus decoratus: quodcunque uitiu; a ſe excludit. Nam ut cęteros chriſtianos: q innu meri ſunt: pertranſea;: quo uel Petrus uel Pa ulus crimine ſe unquam poſt rite factam pęni tentiam inquinarunt? Quando eni; ii poſtea uinoſi ut Cato: ut Ariſtoteles cupidi: ut Plato laſciui: ambitioſi: ut Cicero extiterunt? O pę nitentia igitur cum corpus unum uirtutum ō nium ac gymnaſiū ſis: quid amplius de te re ferā? An quomodo triſtis exhilaras: infirmoſ

ſanas:aduerſa mitigas:deſperata inanimas: uitā de interitu reuocas? An potius recenſeā quam extenta geris ubera:quibus omnes reficis delinquentes? Quo me uertaꝫ? Quid potius dicam? Modeſtiam ne? an uerecundiam: abſtinentiam:caſtitatem: honeſtatem: ſobrietatem:pudicitiam tuaꝫ? O pęnitentia flauo rutilantior auro:ſtellis micantior:ſole ſplendidior:tu innocentiam:amicitiam: concordiam: charitatem:ſpem:fidem:religioneꝫ:pietatem paris. Tu nihil appetis:malitiam reſpuis:iraſci neſcis:luxuriam horres:auaritiam fugis:īuidiam excludis. Tu terrenis ęterna: caducis ſtabilia:quieta ſolicitis:anteponis. Tu mūduꝫ hunc ſordidum & omnia quę in eo ſunt:diuinoruꝫ contemplatione deſpicis: atque omnē animę cogitationem in cęluꝫ dirigis. Quę mi Fonti cum itaſint:quis tam impius: quis tam amens reperietur:qui non admiſſa facinora libens doleat? Quis taꝫ ferreus:ut ſe a lachrimis contineat:cum memoria repetat tantaꝫ uim eſſe pęnitentię lachrimarum? Ego uero ꝓfiteor me totum ſibi dedituꝫ eſſe. Cęteros pudeat:ſiqui ſe ab ei9 ſanctiſſima luce:uelut bubones ac noctuę a ſolis radiis ſubduxerunt. Natura enim ita comparatū uidemus:ut quē

admodum lugubres nonnullę aues splendo-
rem solis cernere nequeunt:sic & ignauissi-
mus quisque nullam pęnitentię claritatem.
Prudentes autem & boni uiri:qualem te eua
dere cupio:& ipse quoque fieri contendo:ei9
fulgorem propius intuentur.quo duce & co-
mite ad uere beatam ac felicem gloriam per
ducuntur.Hęc sunt quę breui a me de pęnitē
tia dici operępretium uisum est.Quę rogatus
abs te dixi:non quod uererer te id nescire: a
ut non eam tempore suo facere:sed ut rogā-
ti tibi inseruirem.Ego uero propterea tibi Do
nate inquam ingentes gratias ago & dum ui
uam habebo.Ac quę de pęnitentia cumulate
dilucideq3 narrasti:incognita mihi antea ual
de probo:christianosque omnis spero esse iti
dem probaturos.

